Gilebertus autem quia agnitus flagellatur, Vinctus, seminudus q; ante Berengarij Regis præsentiam ducitur. Enimuero dum ante eum sine femoralibus curta induta tendonale declibus, Regis ad pedes coniuncti caderet, genitalium ostensione membrorum ad risum omnes commouit. Rex autem, Vt erat pietatis amator, misericordia, quæ ei nulla debebatur, inclinatus ei, non ut populus optauit, malum pro malo reddidit: verum confestim lotum, optimis q; uestibus indutum, abire permisit. Cui et ait: Ius iurandum ate nullum exigo, fidei tuæ te ipsum committo. Si malè contra me egeris, rationem te scias Deo redditurum. Hunc denq; ad propria redeuntem Regis gener Adelbertus, cæterisq; qui cum illo rebelles extiterant, accepti in memorem beneficij ad Rodolfum ut aduenial, dirigunt. Profectus itaq; eodem Gilebertus, ante triginta dies in Italiam cum adiumentare cogit. Qui susceptus ab omnibus, nisi à Berengario ex omni regno, præter Veronam, dempto, totum q; tenuit per triennium vinctus regnum. Quem duodecim sibi metipsi horis hoc placeat, displiceat hoc, modo diligat illud, nox aspernetur, qui fieri potest, ut omnibus semper æquanimiter placeat? Igitur intra triennium iste Rex Rodulfus quibusdam comes, aliis grauis est uisus. Vnde factum est, ut totius regni media pars pro Rodulfum, media Berengarium vellet. Parare itaq; cuidè bellum non modicum: et quoniam Placentina ciuitas episcopus Vbaldus Berengarij partibus faueba, duodecim longè

à Placentia millariis iuxta Florentiolam bellum parant.

Iam pergeram Hesperida pugna oritur cruentis et atra,
Heu quater ante Calendas Sextilis. tamen ipse
Quem parat horrendos Vadis emittere Phlegras,
Bicecina Martis adest: gnato pater ipse perennem
Infert interitum, perimit & patrem genitura.
Proh dolor, acer atres lethum parat ecce nepoti,
Sternendus pereum, furiis pulsatus abatuis:
Fratrem qui fort, fratrem fort enimus alter.
Berengarius ipse Viit medios Rex gentibus hostes,
Et properat, fertur cui cælo fulgur abalto,
Quum Coquit arentes Cancri grane Sidus aristas:
Non aliter diuus miseram dex ipse Rodulfus
De Viit in noxium Strato mucrone rebellem.

De Victoria quam Rodulfus per Bonifacium Cognatrem Suum obtinuit, & Rodulfi in Italia regno. & de Flamberto Veronensi, qui Berengarium occidere tentauerat. Cap. XVIII.

De derat Rex Rodulfus [redacted] Waldradam Sororem Suam, tam forma quàm Sapientia, quel nunc usq; hig bonestam matronam, conjugem Bonifacio Comiti potentissimo, qui nostro tempore Camerinorum Spoletinorum extitit Marchio. Hic collecta multitudine, cum Gariardo Comite Rodulfo Regi in auxil Veniebat, atq; ut erat Vir tam calliduς, quam audax, maluit potius insidiis patrius cum Suis rei exu expectare, quam primum belli impetum sustinere. Iam Rodulfi penè omnes milites fugerant, & garij dato Victoriæ Signo collegere Spolia satagebant: cum Bonifacius, atq; Gariardus Subitò ex properantes, hos tanto leuius, quanto ingnauius Sauciabant. Pepercerat Gariardus nonnullis, eos et non ferro percutiens, Bonifacius nulli parcens immensam fecerat Stragem. Signum u tuiâ Bonifacius cogerat, conueniunt & qui ex Rodulfi parte confugerant, persequentes & Beren cos fugam illos inire cogebant. Berengarius uerò in incognitum à domino Verona perrexit lum. Tanta quippe tunc inter felicium Strages facta est, ut militum usq; hodie permagna Varitas tur. His uta peractis, regnum sibi Rex Rodulfus potentissime Sub Jugauit, Papiam & Conuc Congregatis & omnibus, quoniam inquit Superni muneris largitate mihi contigit de uestris he regni Solium adipisci: nunc cordi est meum uestrè regnum fidei commendare, Burgundiam & ueterem Visere. Cui mox Italienses, si bonum tibi Ingiunt, uidetur, presto sumus. Igitur post Regis abscessum, malo Veronenses accepto Consilio, Vitæ Berengarij insidiari moliuntur: q Berengarium non latuit. Auctor autem, ac Reperter tam Sceleris flamberius quidam erat, sibi, quoniam ex Sacro Baptismatis fonte filium eius Susceperat, Compatrem Rex effecerat. Quod ueu patueretur, eundem adse flambertum Venire precepit.

De prudenti Berengarij regis ad flambertum Sermone, et de poculo aureo quo eum Ut placaret donauit. Cap. XIX.

Cui et ait: Si nobis tecum habenus non et multè, et Justè causæ amoris esse ne, et quoquomodo quæ dicuntur, cre insidiante Vitæ meq; aiunt: Sed non ego credulus illis. Meminisse autem credo, quantæcunq; tibi accessiones, et ec dignitatis fuerint, eas te non potuisse, nisi meis beneficijs consequi. Unde et hoc animo in nos esse ut dignitas mea in amore, atq; fidelitate tua conquiesset. Nec uero cuiquam Salutem ac forcunas

tantæ curæ fuisse unquam puto, quantæ mihi fuit honos tuus. In quo mea omnia studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem omnem posui. Unum hoc habeto: Si ate mihi senectam fidem intellexero, non mihi tam mea salus chara, quam pietas in referenda gratia jocunda. His expletis, aureum non gravi ponderis poculum Rex ei porrexit, atq; subjunxit: Amoris, salutis q̃ meæ causa, quod contemetur, bibies; quod contenet habeto. Verè autem, & abesq; ambiguitate post potum intinuit in altum Sachanes. Beneficij quippe præsentis, et præteriti immemor, infamem illam in regis necem populos instigando pertulit nobem. Rex autem nocte illa quemadmodum & scribserat, juxta ecclesiam, non indomo qua defendi potest, sed in tuguriolo quodam manebat amœnissimo. Sed et custodes nocte eadem non posuerat, nihil suspicans mali.

De Berengarij cæde, perfidia Flamberti perata, et sanguine eius adhuc in lapide apparente. Et de Milone milite, qui Berengarij cædem vlus est. Cap. XX.

Se primum quatiens strepit
Gallus, cum Vigiles facit
Mortales, soluto sonat
Et gutture Deo canit
Tam tunc aurea machina:
Imitat q̃ docens bene
Tethaum grave spernere,
Laudes huic modo reddere,
Qui vitam tribuit, dedit
Et nobis superam bene
Sanctam quærere patriam.
Hic Rex ecclesiam petit,
Ac laudes domino canit.

Flambertus properans audiat,
Quo cum multa simul manus,
Ut regem perimat benum.
Rex eorum Vigil insciis
Audit dum strepitum, nihil
Formidans, properat citus,
Hoc quid fuisse sit, videt
Armatas multum manus.
Flambertum vocat enimus.
Quid turba est ait: en bone
Vir, quid nunc, quid populus cupit
Armatas referens manus?
Respondit, Vereare nihil.

Te nondum perimat, Vivit,
Sed pugnare libens cupit
Hac cum patte, triumphis
Mox quæ tollere spiritum.
Deceptus properat fide
Rex hinc, in medios simul
Tunc captus male diruitur:
Atergo hunc furit impius
Rompheæ cadit benignus
Felicem q̃ suum deo
Commendat pié spiritum.

Denique quam innocentem sanguinem fuderit, quam q̃ perverse perversi egerint, nobis recitentibus, lapsis ante cuiusdam ecclesiæ januam postibus, sanguinem eius cunctis transeuntibus ostendens, in signum. Nullo quippe delituerus, aspersus q̃ hquore discedit. Nutrierat sibi Rex Berengarius familiariter, laute q̃ juvenem, imo hominem quendam Milonem nomine, memoria satis, ac laude dignum. Cuius & Rex fretus consilijs esset, fortunas sibi omnes, non tantum aduersari sentiuisset, miti quia forte, et hoc divina providentia consilium fuit, ut aliter fieri non posset. Is sane nocte eadem, qua Rex Berengarius deceptus est, adhibitis sibi copijs, nocturnas ei vigiliarum custodias usque exhibere. Rex vero promissionibus Flamberti deceptus, Milonem se non solum custodire non sivit, verum etiam ad q̃ etiam vehementer prohibuit. Milo autem sicut vir fidelis et rectus, ac beneficij sibi adeo collati non immemor, quem defendere, quia defecit, non potuit, cito acriter vindicare cupiit. Tertia quippe post regis necem die, Flambertum, eiq; in tam nefario celere commentes, vi captos, suspendio vitam finire præcepit, fue runt. Sané in hoc viro non multa, per felix q̃ virtutes, quæ deo propitio suis in locis vita comite, silen tio non tegentur.

Liuthprandi Ticinensis Ecclesiæ Leuitæ, Historiarum Liber tertius. qui Antidosis inscribitur

Operis huius titulum, pater santifice, Satis te mirari non ambigo. Aiis forte, quum Virorum Illustrium actus
beantur, cur Antidosis ei inseritur titulus? Ad quod respondeo: Intentio huius operis ad hoc respicit, ut
garij huius, qui nunc in Italia non regnat, sed tyrannizat, atq; uxoris eius Wilæ, quæ ob immen
tyrannidis Secunda Iezabel, et ob rapinarum in Satietatem lamia propio appellatur uocabulo, actu
Signet, ostendat, et clamitet. Tanta enim mendaciorum Iacula, tanta rapinarum dispendia, tant
pietatis molimina, in me et domum meam, cognationem et familiam gratis exercuere, quanta
lingua proferre, neq; Calamus præualet Scribere. Sit igitur eis præsens pagina Antidosis, hoc
retributio, dum pro calamitatibus meis, πὼ ἀσέβειαν, eorum, idest, Impietatem, præsentibus fut
q; mortalibus denudauero. Nec minus etiam Sanctissimis, et fortunatis uiris pro collatis in me b
cijs Antidosis erit. Ex memoratis Sané aut memorandis, nullus inuenitur, aut rarus, hoc uno Ber
rio Scilicet Impio excepto, quorum non beneficijs genitores aut genitus uehementer gratulemur
quod in captiuitate, seu peregrinatione libellus hic conscriptus dicatur, præsens indicat excula
Cæptus quippe in Franconouord, qui est XX. milliariis locus à Moguntia distans, in Paxu in sula
gentis, et eo amplius à Constantinopoli milliariis usq; hodie exaratur. Sed redeamus adrem

Quomodo defuncto Berengario, et Rodulfo ab Italia discedente, Hungari Italiam
dilaniauerunt: et de Papiæ conflagratione, quæ metro describitur, et quomodo Deo mise
rante, Capta et deleta non sit, Cap. 1.

Rege Berengario defuncto, atq; Rodulfo absente, Hungarorum rabies Salardo duce, totam per Itali
dilatatur, adeo ut muros Papiensis ciuitatis vallo circundaret, ac defixis per gyrum tentorijs, ex
aditum ciuibus prohiberet. Qui cum his uiribus resistere non possent, peccatis promerentibus, nec
re mulcent,

Clarus ab Infuso discedens Sydere Phœbus,
Zodiaci primum solito conscendere Sydus
Incipit, et gelidas dissoluere colle pruinas,
Æolus atq; suos bis binos mittere flatus,
Hungrorum furibunda manus quum gaudet in urbem
Flatibus Alloiis adiuta infundere flammas.
Spiritibus validis parvus difunditur ignis:
Nec iuvat Hungarios solis hos urere flammis,
Undiq; conueniunt, mortemq; inferre minantur:
Confodiunt telis, Calidus quos terruit ignis.
Vritur infelix olim formosa Papia:
Vulcanus q; suos attollens flatibus artus,
Templa Dei, patriam q; simul conscendit in omnem.
Extingunt matres, pueri, innuptæ q; puellæ.
Sancta caterua tim moritur cathecumena plebs, tunc
Præsul in urbe sua hac moritur, Sanctus q; Sacerdos

Nomin

Nomine qui propio bonus est, dictus q Joannes.
Quod fuerat longo theuis intempore clausum,
En patet, hoc aliena manus ne tangeret aurum,
Atq per immensas dis soluitur igne cloacas.
Vritur infelix olim formosa Papia,
Cerneres argenti rivos, patenas q micantes,
Corpora marmorum pastim combusta virorum.
Jaspidis hîc precium viridis, vnali q topazii,
Spernitur et Sapphirus, onyx, pulcher q beryllus.
Instar ber[illegible] faciem nullus deflectit ad aurum.
Vritur infelix olim formosa Papia.
Lucidus immensas servat, nec fonte carinas
Ticinus, sentina simul diffenditur igne.

Vsta est infelix olim formosa Papia anno Dominicæ incarnationis. DCCCCXXIIII. IIII idus Martij, indictione XII, feria VI, hora. III. Quorum memoriam qui ibidem combusti sunt, vos et qui cum legeritis, faciatis uehementer exoro. Verum piissimi omnipotentis q Dei ira, cuius Propheta misericordiam, et Judicium concipit, cuius q misericordia plena est terra, usq ad consummationem non desciit. Nam et si peccatis promerentibus est exulta, non tamen inimicorum manibus tradita. Impletur q quod Rex, et Propheta canit. Nunquid in æternum proiicit Deus? aut non apponet ubi complacitior sit adhuc? aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri Deus? Aut continebit in ira sua misericordias suas? Item q et alius Propheta dicit: cum iratus fueris, misericordiæ veniæ cris. Reliquia igitur, quæ sugererant, Hungaris non inmurilitter resultabant, adeò ut latabundi canerent cum Propheta: Hæc est mutatio dexteræ excelsi.

Quod Papia Beati Syri, eiusdem patroni, meritis sit liberata. Et quod idem Beatus Syrus Papiam veniens, in Spiritu Prophetico eius affluentiam, et Aquileiæ casum denunciarit. Et cur Ermegarda post Adelberti mariti sui obitum tam potens extiterit.

Cap. II.

Accessit adhoc, magnum q Juvamen præbuit Sanctissimi Patris nostri, doctoris q egregij Beati Syri, cuius in præfata urbe requiescunt exuuiæ, intercessio gloriosa. Ac ne eius Vaticinium falleretur, prædicta urbs Papia ut caderet, est impulsa. Verum misericorditer à Domino est liberata. Hujus siquidem prædicationis gratia à Beato Hermagora, Evangelistæ Marci discipulo, Papiam, Beatissimus Pater huiusmodi cum Prophetiæ Spiritus præsagio honoravit: Delectare gaudijs, urbs Papia, quia veniet tibi ab æternis mentibus exultatio. Non vocaberis minima, sed copiosa inclitatibus. Et ut hoc eius Vaticinium firmius crederetur, Aquileiæ, non ignotæ civitatis, casum hac eadem hora Sermone huiusmodi nunciavit: Ve tibi Aquileia, quia quum inter Impiorum incesseris manus, destrueris, nec Vetera reædificata consurges. Quod ita esse completum, Visibus patens ratio manifestat. Aquileia namq prædives, atq olim civitas immensa, ab Impiissimo Hunnorum Rege Attila capitur, atq funditus destruitur, nec q Ulterius, ut in præsentiarum cernitur, elevatur. Papia verò, ut vir Sanctissimi

dixerat, copiossa et appellatur, et cernitur: non solum quippe vicinas, sed et longe positas praecellit op-
tates. Quid alias memorem, quum ipsa insignis et toto orbe notissima Roma hac inferior esset, si
Beatissimorum Apostolorum Corpora non haberet? Patet igitur, quod hanc interessio Beatissim-
ni nostri Syri eripuit, qui eam tam veridico, ac pretioso presagio honoravit. Exusta deni-
facta q per Italiam non modica praeda, Hungari ad propria revertuntur. Hoc eodem tempore
functo Adelberto, Eporegiae civitatis Marchione, uxor eius Ermegarda, Adelberti praepotentis
Marchionis, et Bertae filia, totius Italiae Principatum obtinebat. Causa autem potentiae eius
quoniam, quod dictu etiam foedissimum est, Carnale cum omnibus non solum Principibus
etiam cum Ignobilibus Commercium exercebat.

Quod Regi Rodulfo à Burgundia regresso, Ermegarda paulò post rebellis extiterat,
ita ut cum Italiensibus Papiam tenuerit. Et quomodo Rodulfus illuc tetenderit. Et
quomodo astu Ermegardae Rodulfus suos deserens, ad eam noctu ut transfuga
venerit, et quomodo mane a suis quaesitus sit: et recognita, Mediolanum milites
eius fugerunt. Item quomodo Italienses Hugonem accesserunt. Cap. III.

Per idem tempus Rex Rodulfus è Burgundia rediens, in Italiam venit: defuncto q Berengario
potenter obtinuit. Post autem aliquot dies Italienses omnes coeperunt inter se dissidere. Telo qu
non modico propter Ermegardae pulchritudinem, iuxta Carnis huius putredinem trahebantur,
ea strupum alijs praebebat, alijs denegabat. Unde factum est ut praedives Mediolanensis Episc
non nulli q alij Regis Rodulfi partibus faverent. Cum Ermegarda verò tot simul rebelles adera
ipsam etiam Regni caput Papiam non inviriliter defenderent. Factum est autem ut Rex R
collectis copiis, Papiam contenderet, castrametatus quinto milliario ab urbe, eo in loco, quo Ticinus sim
magnus Lillel Padus conveniunt: in cuius laudibus Maro sic canit:

Fluviorum Rex Eridanus. idem:
Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

Ermegarda, ut non incallida, Rodulfo Regi huiusmodi noctu per memorati alveum fluvij mand
misit: Si te perdere vellem, iam longo tempore extinctus esses. Tui quippe omnes te deserere, me q a
ter adire, si meum modo adsit velle, contendunt. In his enim es locis, in quibus captus, victus
si eorum iam dudum consilijs paruissem. Talibus Rex legationibus non solum credulus, veru
territus, nuncijs remissis, se acturum quidquid ea consuleret, remandavit. Nec mora, sequenti
Rodulfus clam custodibus dimissis omnibus, dimisso tentorio, lecto etiam bene composito, lint
ingressus, suos deservit, atq Ermegardam quantocyus properavit. Igitur mane facto, magno sil
Regis milites tentorium circuibant: venientibus verò Principibus, non parva inter eos admiratio
quur praeter solitum Rex hora huiusmodi dormitaret. Quumq Strepitu, ut Spadones quondam
fernem evigilare niterentur, nullam, quemadmodum ipse, dabat responsum. Introeuntio
tentorium, nihil q reperientibus, raptum hunc alij, interfectum alij clamitabant. Nemo tamen
transfuga fieret, animadvertere poterat. Verum dum hac admiratione fluctuarent, nuncius venit, quid
Rodulfum regem super eos cum adversarijs eorum velle irruere. Qui mox animo consternati, tam celer
coeperunt discedere, ut non hos currere, sed si videres, diceres transvolare. Quumq Mediolanum, tutum
ad locum pervenissent, consensu omnium Lanthbertus Archiepiscopus Hugoni potentissimo et Sapie
mo provincialium Comiti mandat, regnum ut Rodulfo auferat, sibi q potenter obtineat. Erat enim

ex tempore multis argumentis et ipse periditans, si forte regnum posset obtinere Italicum. Hic enim Berengarius iam nominati Regis tempore, cum multis in Italiam uenerat. sed quia regnandi tempus non dum ei aduenerat, à Berengario territus est, atq; fugatus.—

Quomodo Rodulfus in Burgundiam reuersus, Burchardum Socerum suum ad auxilium adduxerit. Et quaratione idem Burchardus sit Mediolanum profectus, et ibidem honorifice susceptus, et de eius morte tractatum. Qui Mediolano rediens, Nouariam uenit: ubi et ab Italiensibus cum omnibus suis occisus est. Et Rodulfus Burgundiam repetijt. Hugo uero Comes prouinciae, Pisas apulsus est, unde Papiam uenit, & Rex Langobardorum fit. Vvido autem Bertae filius, Tusciae praeficitur. Cap. IIII.

Rodulfus denique quum infidelitate suorum praenominatos aduersarios superare non posset, in Burgundiam profectus, Burchardo Sueuorum duci, cuius sibi filiam conjugio copulauerat, denunciat, ut sibi in auxilium ueniat. Qui collectis copiis, cum Rodulfo confestim conuenit in Italiam. Quumque peruenissent Eporegiam, Rodulfum Buchardus ita conuenit: Ipse ego ut legationis obtentu Mediolanum profisciscar, non absurdum uidetur. Hac occasione urbem explorare, atque eorum potero cognoscere uoluntatem. Profectus itaque cum iam mediolanum peruenisset, priusquam urbem ingrederetur, ad Beati pretiossique Martiris Laurentij ecclesiam, orationis gratia, declinauit: sed ut aiunt, non tantum petitionis gratia, quantum alterius rei causa. Dicunt enim, quia propè ciuitatem est ecclesia, miro, atque precioso opere fabricata, eum ibidem munitionem construere velle, qua non solum Mediolanenses, sed et plures Italiae Principes coercere, decreuisset. Inde uero exiens, cum iuxta murum ciuitatis equitaret, lingua propia, hoc est, Theutonica, suos ita conuenit: Si Italienses omnes uno uti tantum modo calcari, informes que non fecero equas caballicare, non sum Burchardus: fortitudinem siquidem muri huius, seu altitudinem, qua se muniri confidunt, nihili pendo: Iactu quippe lanceae meae aduersarios de muro mortuos praecipitabo. Hoc autem eo dicebat, quoniam neminem aduersariorum suae ibi linguae gnarum esse putabat. Verum suo omine non bono quidam isthic aderat, quanquam pannosus, et despectus, eius tamen loquelae scius, qui omnium horum Lanthberto Archipraesuli celer factus est nuncius: qui ut erat ingenio pollens, Burchardum non desperit, sed eum alio animo suscipiens, mirabiliter honorauit: sed et inter caetera quasi hoc esset priuilegium amoris, concessit cervum, quem is suo in Apollo venaretur, quod nulli unquam, nisi charissimis, magnisque concessit amicis. Lanthbertus interea Papienses omnes, non nullosque Italiae Principes ad Burchardi necem inuitat, eumque tandiu tenuit, donec congregatos esse omnes speraret, qui eum occidere deberent. Factum est igitur, ut Burchardo Mediolano discedente, Nouariam die perueniret eadem. Cumque isthic nocte transacta, diluculo fugeret, Eporegiam tendens ciuitatem, Italicae super eum irruentes subito apparuere phalanges. Quas contra, non ut Vir bellicosus, properat, uerum mox fugam inceptat. Et quoniam secundum Beati Iob sententiam terminus eius constitutus praeteriri non poterat, et fallax equus ad salutem, in fossam quae muros circuit ciuitatis, equus decidens eum proiecit: ubi et ab irruentibus Ausonijs confosus lanceis, vitam morte commutauit. Sui denique hoc videntes, quoniam alio non poterant, intra ecclesiam Santissimi Confessoris Gaudentij confugiunt. Ausonij itaque ut ex Burchardi minis non mediocriter inflamati, atque indignati, ecclesiae fores frangunt, omnesque in ea repertos sub ipso etiam altari confodiunt. Quod Rodulfus ut audiuit, Italiam dereliquit, et Burgundiam percitus venit. Haec itaque dum

aguntur, Hugo Arelatensium, seu prouincialium comes, nauim conscenderat, et per Tyrrh
mare in Italiam festinabat. Deus itaq; qui hunc in Italia regnare cupiebat, prosperis eum
tibus breui Alpheam, hoc est Pisam, quæ est Tusciæ prouinciæ caput, duxerat: de qua sic
Alpheæ ab origine Pisæ. Quumq; eodem peruenisset, affuit Romani Papæ, Ioannis scilicet R
natis nuncius. Affuerunt etiam pené omnes Italienses nuncij, qui hunc, ut super eos regn
inuitabant. Is autem, ut erat longo ex tempore hæc cupiens, percitus venit Papiam, c
q; conniuentibus, regnum suscepit: post paululum Mantuam abiit, ubi et Ioan
pa ei occurrens, fœdus cum eo percussit. Quo tempore Bertha, matre Hugonis Regis,
Vvido filius eius, quem ex Adelberto genuerat, sicut prædiximus, Tusciæ Marchia
bat, qui Maroziam Scortum Romanum sibi uxorem acceperat.

De plurimis Regis Hugonis virtutibus libidine fœdatis. De duobus filijs eius. De
Amicitia eius cum Henrrico Imperatore. De patre Liuthprandi, huius operis au
thoris, ad Imperatorem Græcum ab Hugone misso. De duobus canibus Imp. missis,
qui eum dilaniare parabant, et de patre, quer tam magnificé sit ab Imperatore
Susceptus. Caput. V.

Fuit autem Rex Hugo non minoris scientiæ, quam audaciæ, neq; inferioris fortitudinis, qu
ditatis, Dei etiam cultor, sanctæq; Religionis amatorum amator: in pauperum nescessitat
riosus: erga ecclesias solicitus, religiosos Philosophos q; uiros non solum amabat, uerum et
titer honorabat. Qui et si tot virtutibus clarebat, mulierum tamen illecebris eas fœdabat. Hic ex Tr
genere, ex genere Teutonicorum uxorem acceperat, nomine Aldam, quæ filium ei genuerat, no
Lotharium. Habuerat sané tunc temporis ex quadam muliere nobilissima, uocabulo Wandel
nomine Hubertum, qui nunc usq; superest, et Tusciæ prouinciæ potens princeps habetur. Cuius
mino propitio, suis in locis exponentur. Hugone igitur Rege constituto, sicut vir prudentissim
cunq; terrarum cœpit nuncios suos dirigere, multorum q; Regum, ac Principum amicitiam q
Henrici præsertim, famosissimi Regis, qui ut supra memorauimus, Bauarijs, Sueuis, Lothar
Francis, atq; Saxonibus imperabat. Hic etiam Sclauorum gentem in numeram subjug
sibiq; tributariam fecit. Primus etiam hic Danaos subjugauit, sibiq; seruire coegit:
hoc nomen suum multis nationibus celebre fecit. Rex igitur Hugo cum Reges ac
pes amicos circum circa acquireret, studuit nomen suum etiam Argiuis longé a
positis, notum facere. Imperabat uero is tunc temporis memoria satis, et laude dignus
nus Imp. liberalis, humanus, prudens, ac pius: cui tum propter morum prouitatem,
propter linguæ vrbanitatem, genitorem meum dixerit nuncium. Qui cum eodem
uenisset, inter cætera quæ Imp. Romano Rex Hugo miserat munera, duxit duos
quales in eadem patria non sunt alicui uisi. Qui cum ante eius præsentiam adduct
nisi multorum brachijs constricti fuissent, cum protinus morsibus laniassent. Puto
quod dum hunc, Græcorum more, theristro opertum, habitu q; insolito uiderunt in
non hominem, sed monstrum aliquod putauerunt. Denique magno cum honore ab eo
susceptus est Imperatore. Nec tam pro rei nouitate, aut munerum magnitudine,
tum quoniam dum præfatus genitor Thessalonicam venisset, Slauorum quidam

rebelles Imperatori Romano extiterant, terram q eius depopulabantur. Sugerecem irruerunt. Verumtamen ac tum est pietate, ut eorum Principes Vini non nullis mortuis, Caperentur. Quos dum presentaret Imperatori, immensa, affectus est Letitia, magno q habeo genitor munere donatus, ad Hugnem Regem, qui se illuc trans miserat, rediit letus, post reditum uero eius pauis interpositis Scribus, languore correptus, Monasterium petiit, Sancte q Conuersationis habitum Sumpsit, in quo post dies quindecim mortuus, me par Vulto derelicto, Migrauit ad Dominum. Nunc autem quoniam Imperatoris Romani mentio facta est, quis fuerit, qualiterue ad Imperij culmen peruenerit, hic nonnulla subdam mihi Videtur referre.

De leone ferocissimo, quem Romanus, qui postea Imperauit, fortissime peremit, et de Socij eius fauore. Cap. VI.

Imperante quoq Leone, Constantini huius genitore, Romanus iste Imperator, quanquam πτωχὸς, idest pauper, ab omnibus tamen, χρήσιμος, idest utilis, habebatur. Erat autem ex mediocribus ipsis, qui nauali pugna stipendia ab Imperatore acceperant. Qui quum Sepius & ueram εἰς πῦρ μάχην, idest, impugnationem nonnulla χρήσιμος† idest, utilia faceret, a sibi Preposito adeo honoratus est, ut primus nauium fieri mereretur. Quadam autem nocte, dum Saracenos exploratum abiret, esset q in eodem loco palus, ac q arundineetum non modicum, Contigit leonem ferocissimum ex Arundineto prosilire, Feruorem q multitudinem impaludem demergere, unumq eorum capere, Sic q rabiem uentris mitigare. Ῥωμαῖος δὲ τὸς, αὐτὸς, ∴ idest, Romanus autem eorundem, Sentium audiens, timuit valde. Putauit enim multitudinem Saracenorum esse, qui consceltum se fraude aliqua uellent perimere. Mane autem primo exurgens, cum diligentissime omnia consideraret, consceltis uestigiis, εὐθέως, idest confestim, quid hoc esset agnouit. Leone ergo in Arundineto Commorante, Romanus Grecum ignem, qui nullo, preter quam aceti liquore extinguitur, undq p Arundineum precepit Saltari. Erat autem in Arundineto acceruus arundinibus plenus, in quem Leo Confugiens, illo ab igne est Saluatus. Ventus quippe Contrario exparte flans, ignem ne ad acceruum usq perueniret, amouit. Romanus preterea post ignis extinctionem, Vno tantum cum asceta ense solum dextera, Sinistra autem pallium gestans, Locum omnem peragrans, lustrat, Si forte os exeso, vl. Signum aliquod reperiret. Tanuus enim esset, Vt nihil inueniens, Repetaret, quid hoc monstri esset, quod acceruus ille Set ab igne Saluatus, Studuit Visere. Cumq duo prope assiterent, Setum q uebus ex non nullis fabularentur, leo hos tantum audiuit, quoniam quidem de caligantes oculos τῷ καπνῷ πνεῖν, : idest, de fumum uidere non posse. Volens igitur leo animi sui ferocitatem, quam ab igne Conceperat, in hos euomere, Saltu Vaghissimo, qua illorum uoces audierat, inter eos prosiliit. Romanus uero, non ut Suus asceta pauitans, Sed etiam potius mente consistens, ut et si fractus caderet orbis, in audum ruina ferrent, pallium quod manu gestabat, inter brachia misit. Quod dum pro homine leo discerperet, Romanus bene a tergo tribus uerubus inter cluuium Junctiuras ense percussit. Qui dissociatis, dum sis q ceruicibus, quia stare non poterat, penitus ce cidit. Leone igitur interfecto, Romanus semineem asceten Suum solo stratum eminus Vidit, quem et uocare uoce precepit. Sed cum nullum daret omnino responsum, idem Romanus propter eum astitit, pede q pulsans, Surge inquit miser. Qui consurgens, pre admiratione, dum leonis immanitatem Conspiceret, non habuit Vltra spiritum. Stupebant autem omnes de isto Romano hec audientes. Vnde factum est ut tam proceris, quam tam preclari hoc presenti faciuore non multo post a leone Imperatore tanto honoretur honore, ut omnes naues ipsius essent in manibus, eius q Jussionibus obedirent.

De iis qui Leoni Imperatori Successerunt, et Constantini morte, ac Romani per Strategema et alium ad Imperium evectione. Cap. VII.

Leo denq; Graecorum piissimus Imperator, cuius supra fecimus mentionem, corporis humani debitum solue
q; Carnis vniuersa ingrediens, regni sui heredem, Alexandrum fratrem germanum, vnicum q; filium
tinum, qui nunc vsq; superest, et feliciter regnat, parvulum etiam Graeci αὐτάλλον, id est mutem
tem dereliquit, quibus ad tuendum palatium, tutandam q; rempriuatam, ut ultro moris est, Cunctum offic
forte τὸ παρὸν τοῦ μὲ vou, dispensandum dedit. Phocam vero Domesticum maiorem, hoc est terrestris ducem exercitus, fecit. Romanum a
non claro natalium ortu, sed cordis magnanimitate nobilem, naualis exercitus Principem ordinauit. Alex
post modicum defunctus, soli Constantino parvulo imperium dereliquit. Denq; tempore, quo magnus Im
Leo migrauit ad christum, Phocas praefatus Domesticus, terrestris dux exercitus, contra Simonem Bul
Regem copias duxerat, eiq; Constantinopolim venire cupienti, non inuiriliter repugnabat. Romanus ve
non in callidus, audito Imperatorum, hoc est, Leonis, atq; Alexandri interitu, & vt longe ab vrbe collect
cum exercitu, fugit, atq; in insulam parvam iuxta Constantinopolim, ita ut e palacio videri pene pos
tibus collectis, aduenit: ad palatium autem minime transfretauit, laudes q; iuxta consuetudinem
genito minime decantauit. Eudres Eunucho Parachimmeno, cunctis q; Constantino a Leone Prin
staurem, timorem q; non parvulum attulit. Internuncijs itaq; quid hoc mentis sit, quod Regem non
laudes q; debitas non soluerit, scire cupiebant. His a Romano Respondetur, quod propterea vitam
tam declinasse, et ad hoc fecit, quod si Parachimmenos coteris cum Principibus se non adiret, vitam q; e
do promitteret, mox se ad Cretensium Sarracenorum Regem conferret, Regnum q; Argyrorum Su
ijs fortitudine debellare. quod quam callide dixerit, exitus declarabit. Igitur quod praefati Sum
cipes terrore compulsi, ignorantes quod latent anguis in herba, omnes hunc fiducialiter adeunt, qu
decuerat gratanter cupientes implere. Quos omnes non malo consilio acceptos, proditores in sententiam
Sic q; Secundus ad Vrbem magno cum comitatu festinat, hos q; quos suspectos habuerat, palatium purga
parti parentes ibi collocat: Rectorem, Magistros, Patricios, logotheum, eparchon, κοιτωνίτας, cubicularios
patricios, Spathaos, Spathario candidatos, τὰ βαλάντιους, facit: coteros vel vrimus, abdicat. qui cō
Coeptum opus firmius patrare, cum Porphyrogeniti matre † Zoizme nomine, Venerea est dulcedine sentibus
mox ciuitas Coronatur, et Romanus pater Basileos appellatur.

De Phoca altero ex Principibus aula, qui audito quod Romanus esset ad Imperium evectus, Victoriam Bulgaris sponte concessit, cum multa suorum strage fugiens: quo circa a Romano captus, oculis grauatur. De Simeone Bulgarorum Rege ex monacho, cuius filius Baianus magica arte homines in lupos vertit. Item de Helena, seu Irena quae Constantino Imperatori nuptie. Cap. VIII.

Cum Bulgaris caeterea pugnanti Phocae Domestico, qui et ipse pater Basileos audenter fieri cupiebat, in
bello eam debellatibus triumphum tenenti, quid a Romano actum sit, nunciatur. qui mox animo co
natus, nimio dolore compulsus, victoriae signum, quo hostes insequebatur, proiecit, terga vertit, q
suos inire fecit. Reparant itaq; Bulgari Symeonis hortatu animos, et quos prius aduersos mar
rat, prospero post modum insequuntur, tantaq; tunc Argyrorum strages effecta, ut longo post tempore
plenus ossibus videretur. Omni denq; cum festinatione iam nominatus Phocas Domesticus, co
stinopolim rediit, palatium ingredi cupit, et arte fieri pater Basileos satagit. Sed quia Consilij
ministerijs sua, et (vt Flaccus dicit) Dij rem temperatam prouehunt in maius, a Romano Domi

iste capitur, atq; ueroq; lumine priuatur. Bulgaris non minimarijs augetur, iis& Grecos depopulandi Vrbesq; deuastandi regendi datur. Tiene etenim Symeonem, ἡμιάφλον, idest, semi grecum esse aiebant, eo quod à puericia Byzantij Demosthenis rhetoricam, Aristotelis& Syllogismos didicerit. Post hec autem relictis artium studijs, ueramq; Conuersationis Sanctæ habitum sumpsit: uerum paulò post regnandi cupiditate decepta, explacida Monasterij quiete ad seculi procellam transijt, eligit& potius Apostatam Julianum, quam Beatissimam Petrum, celestis Regni clauigerum imitari. Qui deus filios habuit, Vnum nomine Barianum, alterum qui nunc usq; Superest, Petrum tenter& Bulgaris principatur, nomine Petrum. Barianus autem adeò fertur dedicisse Magicam, ut ex homine fieri lupum, et quancunq; uellet aliam cerneres feram. Romanus preterea eodem quo pater Basileos Constitutus est anno, filiam Suam Helenam Imperatori parvulo Suo domino Constantino Porphirogenito Conjugem dedit. Porphyrogenitum autem non in Purpura, sed in domo quam Porphyram Superius diximus nominatam, appello, ut uidere et libro primo pluribus Capitibus. De Ede autem Sacra, quam edificauit, hoc addi potest, quod ipsam νέαν, hoc est, nouam alij uocant, alij uerò ἐνιέαν, quod lingua nostra, nouennalem, Sonat, appellant; eo quod ibidem horarum ecclesiasticarum machina nouem pulsata illibus, Seu uocibus Sonet.

De Oratione Romani ad Principes Romanos, postquam Imperator constitutus est de Humilitate prosapie Romani, qui Christophorum filium Suum imperij Constantino Img. filio in Imperij adutione prætulit: quam Inspiciam Deus morte Christophori ultus est. De Constantini Porphyrogeniti Religione et exercitatione, pace& cum Bulgaris per Irenam facta, Cap. IX.

Secundo itaq; quo pater Basileos Constitutus est anno, Romanos Conuocatos ad se Principes, ita Conuenit: Romane dignitatis, ἄρχοντες, idest, Principes, quoniam uobis consultis, non solum inquam, pater Basileos Semper Constitutus, uerum etiam Sanctissimi Img. fidelitati, γλαυκώπιδος, Helenæ idest, uirides oculos habentis Conjuntione Sociatus: hic aliquo Imperialis ornatus indicio monstrari dignum in corpore Vestro, quod celebratur à populis ex nomine dignitatis, Judicatum denig; à populo, Communi& decretum est consilio, ut quia tanta erat dignitatis, et λευκόλενον, filiam Suam Helenam Imperator ei copulauit, Rubricatarum pellium Caligis, ut ibi Imperatorum moris est, uteretur. Sed ne hoc quidem satis ei uisum fuit: Siquidem post Vnius anni Synaxin, quum amplioris tam potentiæ esset, talibus aggreditur eosdem Principes sermonibus: Quoniam Communi uestro Judicio definitum est, Imperialibus me uti Caligis, τοῖς φαντοίηρ ωεις, idest, nobilissimi heroes, uestræ auctoritatis beneuolentia, quæ contulistis, mihi met uidentur preciosa, diligentius uero considerantes, Visum mouere uidentur: illi enim facilè ad Visum turbas allicunt, qui uariis sese depingunt coloribus. Denig Visum non solum alijs, sed etiam ipsi mouent, dum pedibus Imperatorem, Capite Coronem uideor imitari plebem. Namq; Comedia mimus queis& melior. Igitur aut Coronam præbete, aut Caligas, quibus Vsi sumus populo Vrbem, auferte. Hoc plane dicto, magis autem quæ cunctis præerat, potestatis autoritate Omnium Judicio Coronam recepit, et Caligarum decorem minimè perdidit. Huius miretur prudentiam nemo, sed laudes referat Deo Cordis examino, qui exigit elisos, soluit Compeditos, cuius in manu Calix uini meri plenus mixto inclinans ex hoc in hoc. Is autem humili erat prosapia, ex Armenorum Scilicet gente oriundus, neq; solum mente concepérat futurum, se Regis in aula esse, ne dum Imperialia Sceptra tenere, sed quod Prophetissa Anna dicit, Dominus pauperem facit, et ditat, humiliat, & sublimat, Suscitat, de pulueri egenum, et de stercore eleuat pauperem, ut sedeat cum Principibus, et solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ &c. Regi itaq; immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria per cuncta Seculorum Secula, Amen. denig Romano Img Constituto, Christophorum, qui maxima Imperij dignitatem habuerat, Imperatorem constituit, post Imperij uero sui ordinationem Vxorem filium ei peperit

nomine Stephanum. Rursus Concepto fœtu, alium ei peperit, nomine Constantinum. Quos omnes Imperatores
tituens, contra Ius fasq; et secum christophorum primogenitum domino suo Imperatori Constantino Po-
rogenito præposuit: adeó plané, ut procedentes ad publicum, ad Sanctam Sophiam scilicet, vel ad ἐλ-
ρυας, . Seu ad Sanctos Apostolos, Romanus cum christophoro primogenitum præcederent: Constan-
Porphyrogenitus, et duo cæteri sequerentur. Quod quam indigné Iustus Iudex pertulerit, Vltio subsequen-
clarabit. Nam post modicum christophorus defunctus est. Constantinus itaq; Porphyrogenitus tum om-
tum lectionibus vacans, totum se domino commendabat, opere manuum victum quæritans, sane τὴν ζω-
φίαν, . idest, picturam perpulchré exercebat. Eodem tempore Symeon cum Bulgaris Argos cœpit vel-
ter affligere. Quem Romanus filij sui christophori filia filio illius Petro, qui nunc usq; superest, ux-
ab incepto furore compescuit, sibiq; fœdere placito sociauit. Vnde et puella mutato nomine, Εἰρηνη,
pax, est vocata, eo quod per eam inter Bulgaros et Græcos pax sit firmissima constituta.

De Walberto et Gezone Papiensibus, qui seditionem contra Hugonem Regem concitauerunt, et de Hugonis concione. Cap. X

His temporibus Walbertus et Gezo, prænomine Euerhardus, Papiæ præpotentes Iudices erant. Causa autem
Walberti hæc erat: quoniam cumis ditissimo in loco filium suum Petrum Episcopum fecit: Razam vero
suam Gileberto Comiti palatij conjugio sociauerat. Ea tamen tempestate uterq; defunctus erat. Ticinensis u-
et Papiensis, populus omnis ad hunc conuenerat, causasq; omnes et controuersias ante eum decidebat. Par-
tione denique huius potentiæ memoratus Gezo prænomine Euerhardus, quoniam affinitate quadam ei iungeb-
præpotens habebatur: qui nobilitatem suam prauis moribus deturpabat. Fuit enim ambitiosus nimis, c-
inuidus, seditiosus, Iuris corruptor, præceptorum Dei immemor. Quod Deus non passus est abire in Vltum-
ne diutius protraham sermonem, Catilinæ omnino similis, qui sicut Consulem, & Reip. defensorem Ro-
Tullium Ciceronem conabatur occidere, ita et hic Regem Hugonem molitus est tradere. Quadam enim di-
nihil mali suspicans Rex Hugo, Papiæ cum paucis degeret; hic seditione facta voluit super eum irr-
sed Walberto, (qui non tam ferocis animi erat) remorante tardatus est. Nec minus etiam eos Rex Hugo
rethoricis, ac melle dulcioribus eloquiis ab incepto furore compescuit. Dum enim seditionem super se ex-
atq; in domum Walberti congregatam esse cognosceret, huiusmodi omnes per internuncios sermone
nit. Quid est viri fortes, quod tam subitó, tamq; insperatè contra dominum, imò & Regem vestrum
moti estis? Si quippiam, quod displiceat actum est, consolidetur. Neq; enim sera emendatio reprehendi
præsertim si nulla negligentia prætermissa est. His auditis cuncti animi furorem mitigarunt.
Gezo in qua prius fuerat proteruia manens, operam dabat, vt omnes super Regem irruerent, eum
turpissima morte trucidarent. Verum disponente Deo, affectus eius prauus effectum habere non
Reuersi igitur ad Regem nuncij, prout viderant, & audierant, enarrauerunt.

De Walberti et Gezonis captorum suppliciis, prudentia Hugonis, et virtute Samsonis, & Fabulæ Tiresiæ, cur cæci vitales sint, et de Hildiuni & Ratherij Episcoporum ambitione, Cap. XI.

Verum hæc omnia Rex Hugo quasi pro nihilo mente subdola ducens, Papia egressus, longé alio propen-
tinat, missisq; circumcirca literis, milites suos ad se venire præcepit. Quos inter Samson præpoten-
aduenerat, qui iam dicto Gezoni inimicissimus erat, is denique ut Regem vidit, ita eum conuenit:
te equidem de Vrbanis rebus contrate tumultuosè, & moleste his diebus actis intueor. Verum sim-
mihi q; obtemperas, suis ipsi capientur laqueis. Alter enim qui melius consilium dare possit, quam

non facilé potest inueniri: tibi certé nemo melius dabit. Vnum tamen peto, ut dum Capti fuerint mea opera, Gezo cum omni Sua ὑποστάσει, ideſt Subſtantia, meis tradatur inmanibus. Quem dum dari Sibi à Rege audiuit, adjecit Leo Tyrrheneis Epiſcopus ciuitatis Walberto, et Gezoni non habeturamicus. Hi sané quibuscunq; possunt eiimodis aduersantur. Scitis denique moris esse, Regi ab alijs locis Papam tendenti ciues fortiores extra urbem occurrere. Mandate itaq; clam Epiſcopo, ut dum statuto tempore Papam uenerit, et ipsi nobis extra urbem obviam uenerint, portas ciuitatis omnes serari faciat, claues q; Sibi ipse retineat, ut dum Capere eos cupimus, nec in urbem confugere nec à burbe auxilium possint expellare. Quod et factum est. Nam dum statuto tempore Rex Papam tenderet, Ipse morati ei obviam exirent, Epiſcopus libenter, ut ei Imperatum fuerat, fecit. Rex itaq; omnes capere, ut Samson consilium dederat, fecit. Confestim igitur Gezo Samsoni traditus, utroq; lumine privatur, et lingua quæ in Regem blasphemiam dixerat, ei abscinditur. O factum bené, si sicut oculi, ita et mutus cunctis extitisset temporibus. Sed ô scelus! quoniam lingua abscisa loquelam non perdidit, secundum Græcorum fabulas, oculorum privatione uitam Sibi protelauit, quæ multis ad perniciem usq; in præsentem diem esse non desinit. Fabulam uero cur caci plurimum vivant, secundum Græcorum inepciam, his inseramus, quæ talis est, Ζεὺς καὶ Ἥρα &c. hoc est interpretatio, Jupiter et Juno contenderunt de amoribus, uter plures libidines haberet in coitu, et tunc Tyresiam cum filium quæsierunt. Ille enim in utra q; naturas transmutatus erat, quia draconem calcauerat. Hic ergo contra Junonem pronunciauit. Junonirata excaluit eum. Jupiter autem donauit ei multos vivere annos, et quæcunq; diceret, diuinando diceret. Sed redeamus à rem. Gezone, ut prædiximus membris defædato, substantia illius dirigitur. Cæteri complures custodiæ mancipantur. Walbertus postridié capite truncatur, thesaurus cuius infinitus dirigitur. Vxor eius capitur, et Vt thesauros occultos tradat, diuersis cruciatibus laniatur. Creuit extunc non solum Papæ, sed et per omnes Italiæ fines Regis timor. Neq; hunc ut Reges cæteros floccipendere, uerum modis omnibus honorauere. Eodem tempore Hilduinus Laudotiensis ecclesiæ Epiſcopus propria Sede expulsus, ad Hugonem Regem, cui affinitatis linea jungebatur, in Italiam uenit. Qui honorificé abeo susceptus, Veronensem ei Epiſcopatum ad Stipendij concessit vsum. Factum est autem ut post paululum Lambertus Archiepiscopus moreretur, et hic loco eius Mediolani Epiſcopus ordinaretur. Venerat autem cum prædicto Hilduino Monachus quidam, Ratherius nomine, qui ob religionem, Septem q; liberalium artium peritiam Veronæ Epiſcopus constituitur: ubi et Attilo de quo supra commemoraui mus, comes habebatur.

Qualiter Joannes Papa sit captus, custodiæ q; in qua moriturus erat, traditus. qua munitione Vrbs Roma munitur, et quomodo Hugo per Albericum urbe sit ejectus: quod Liuinad dispositioni ad scribendum censet, ob peccatum Hugonis Regis. Cap. XII.

Wido interea Tusciæ provinciæ Marchio, cum Marozia uxore de Joannis Papæ dejectione copiæ uehementer tractare, atq; hoc propter inuidiam, quam in fratrem Papæ habebant: quoniam quidem illum Papa quasi fratrem propium honorabat. Contigit itaq; Petro Romæ degente, Widonem clam multos barbaros milites congregatos. Cumq; die quadam Papa cum fratre, paucis q; alijs in Lateranensi palatio esset, Widonis, et Marozię milites Superos irruentes, Petrum fratrem ipsius ante oculos interfecerunt, eundem uero Papam comprehendentes, custodiæ mancipauerunt, in qua non multo post defunctus. Aiunt enim, quod cerui cal Superos eius posuerint, sic q; eum pessimé suffocauerint. Quo mortuo, ipsum Marozię filium, nomine Joannem, quem ex Sergio Papa meretrix ipsa genuerat, Papam constituunt. Wido uero non multo post moritur, frater q; eius Lambertus ipsi Vicarius ordinatur. Marozia uero, sortem impudens nimis, suos nuncios post Widonis mariti sui mortem Hugoni Regi dirigit, eumq; inuitat, ut sedatæ Romam q; nobilissimam ciuitatem Sibi æstimat. Hoc autem non aliter posse fieri testabatur, nisi eam sibi Rex Hugo uxorem faceret.

Quid Veneris saeibus Conjugis sacrata Marozia saeuis?
Conjugis execrati Spretas tu Suauia fratris.
Nubere Germanis Satagens Herodia binis
Immemor aspiceris precepti cæca Joannis,
Quis fratri uetuit, fratris uiolare maritam.
Hæc tibi Moyseos non prælatæ Carmina Vatis,
Qui fratri sobolem fratris denomine Justæ
Edere, Seprimus nequeat sibi gignere natum.
Nostra tuo peperisse uiro te Secula nouunt.
Respondes (Scio) tu, Nihil hoc tenuis ebriacuræ.
Aduenit optatus ceu bos tibi dudus ad aram,
Rex Hugo, Romanam potius commotus ob urbem.
Quid juvat, ô Scelerata, uirum sic perdere Sanctum?
Crimine dum tanto Satagis Regina uideri,
Amittis magnam Domino te Judice Romam.

Quod recte esse altum non sibi Sensata, uerum etiam insensata animaduertent. In ingressu [illegible] urbis quidam est Miri operis, mireq; fortitudinis Constitutæ munitio, ante cuius Januam pre[illegible] pretiosissimus, Super Tiberim fabricatus, qui primus Romam ingredientibus, atq; egredientibus [illegible] est alia, nisi fallor, transeundi uia, Hoc tamen nisi consentu munitionem custodientium, fieri non potest. [illegible] tio autem ipsa, ut cætera desinam, tantæ altitudinis est, ut ecclesia, quæ in eius Vertice cernitur, in hono[illegible] mi, et cælestis Militiæ Principis Archangeli Michaelis fabricata, dicatur ecclesia Sancti Angeli usq; ad [illegible] Denique de munitionis Conscientiam relicto longè exercitu, cum paucis Romam aduenit. Qui decenter [illegible] nis Susceptus, in præditam munitionem ab præduli Marozia meritucis talentum dedemauit. Cuius [illegible] dum potitus esset concubitu, Romanos quasi iam securus, despicere cæpit. Habuerat sanè Marozia [illegible] nomine Albericum, quem ex Alberico Marchione ipsa genuerat. Qui dum matris hortatu Regi Hug[illegible] tris Scilicet, aquam funderet, ubi manus ablueret, ab eo pro correctione infusum cæsus est, eò quod [illegible] moderatè, et prudenter aquam effunderet. Is uero, ut illatam sibi possit Vlixi insuriam, Congregatis [illegible] Vnum Romanis, huiusmodi eos sermone conuenit: Romanæ urbis dignitas ad tantam est stultitiæ [illegible] ut meretricum etiam Imperio pareat. Quid enim fœdius, quidue turpius, quam ut Vnius mulieris [illegible] Romana ciuitas pereat? Romanorum aliquando Seruit, Scilicet Burgundiones, Romanis imperi[illegible] meam, prurigni Scilicet Suis, faucem cecidit, cum præsertim nouus haberetur hospes, quid ubi[illegible] teratum Falsitatem credetis? An Burgundionum ueracitatem, atq; Superbiam ignoratis? Ipsam [illegible] nominis. Saltem etymologiam despicite: Burgundiones ideo dictos, quoniam dum Romani orbe [illegible] ex gente hac captiuos ducerent multos, constituerunt eis ut extra urbem domos Sustollerent, ap[illegible] et paulò post à Romanis ob Superbiam expulsi: et quoniam ipsi domorum congregationem, [illegible] muro nonclauditur, Burgum uocant, Burgundiones, quod est à Burgo expulsi, à Romanis [illegible] lati sunt. Cæterum Secundum naturale nomen Galli, Allobroges nuncupantur. Ego autem [illegible] vnou, : : : idest, per Sapientiam, Burgundiones eos, quasi Gurgulliones appello, vel quod ob [illegible] toto gutture loquantur, uel quod ueritus est, quod edacitati, qua pergulam exercetur, nimis indulgent. [illegible] Nona pis auditis, Hugonem Regem cuncti deserunt, atq; eundem Albericum sibi dominum el[illegible] et ne spatium quidem multum introducendi Suis Rex Hugo haberet, munitionem confestim [illegible] rant: Siquet Diuinæ dispensationis esse hoc consilium, ut quod Rex Hugo tam nefario turpe

Scelere, id eum omnimodo obtinere non posse. Tanto quippe est terrore coactus, ut præsertim se ipsum ea ex parte qua ciuitatis muro munitio inhærebat, deponens eam desereret, atq; ad suos confugeret. Expulsus igitur est Rex Hugo, et cum præfata Marozia Romanæ urbis Monarchiam Albericus tenuit, fratre Ioanne suo summi atq; universalis Præsulatus Sedi presidente.

Qualiter, et cur Hugo Rex Lambertum fratrem suum ceperit, et consilio Bosonis eum excæcauerit. Et quod Rex Hugo Ius Iurandum à Rodulfo Rege acceperit, et Henrricum Regem sibi amicum muneribus effecerit. Et de Danorum sub Iectione. Cap. XIII.

Aiunt Bertam Hugonis Regis matrem Adelberto Marchioni uiro suo nullum filium peperisse, sed ab alijs mulieribus clam acceptos simulato partu Vvidonem, et Lambertum sibi supposuisse, quatenus post mortem Adelberti Bertæ non deessent filij, quorum ad Iutorio omnem uiri sui potentiam possideret. Hoc autem mendacium mihi ideo uidetur esse inuentum, quatenus incestum suum Rex Hugo tegeret, & infamiæ, ὕβριν, idest, contumeliam, et uituperium euaderet. Ea tamen, quæ nunc narranda est, cur hoc dictum sit, Verisimilior mihi uidetur assertio. Lambertus qui post Vvidonis fratris sui mortem Tusciæ Marchiam tenebat, uir erat bellicosus, & ad quodlibet facinus audax. Quem ob regnum Italicum Rex Hugo suspectum nimis habebat. Timebat enim ne Italienses se desererent, et Lambertum Regem constituerent. Bosso denique ex eodem patre Regis Hugonis frater, insidiarum huic laqueos parauerat, eo quod ipse Marchio Tusciæ fieri uehementer ardebat. Consilio igitur huius Lamberto Rex Hugo comminando denunciat, ne se fratrem suum amplius dicere audeat. Is uero, ut erat animi ferocis, atq; indisciplinati, non moderate ut debuit, sed effrenate ita respondit: Ne inficiari Rex possit me fratrem suum esse, nos uno ex corpore eundem per aditum in lucem prodisse, duello cupio cunctis cernentibus comprobare. Quod Rex ut audiuit, Iuvenem quendam, Teduinum nomine, elegit, qui cum eo hanc obrem pugnam singularem commisit. Deus autem, qui Iustus est, et rectum est Iudicium eius, in quo non est iniquitas, ut amphibologiam dirumperet, ac ueritatem cunctis ostenderet, fecit ut Teduinus citissime caderet, et Lambertus Victoriam obtineret. Quam obrem Rex Hugo non mediocriter est confusus. Consilio autem accepto, eundem Lambertum tenuit, et custodiæ tradidit. Timuit enim, ne si illum dimitteret, regnum sibi auferret. Hoc igitur capto Bosoni fratri suo Tusciam contradidit: & non multo post Lambertum lumine priuauit. His temporibus Italienses in Burgundiam ad Rodulfum mittunt, ut adueniat. Quod Hugo Rex ut cognouit, nuncijs ad eum directis, omnem terram quam in Gallia ante Regni susceptionem tenuit, Rodulfo dedit, atq; ab eo Ius Iurandum, ne aliquando in Italiam ueniret, accepit. Nec minus etiam Henricum, quem supra memorauimus, Regem fortissimum, multis collatis muneribus amicum sibi effecerat; cuius ex hoc apud Italos nomen maxime tunc clarebat, quod Danos nulli ante subiectos, solus ipse debellaret, ac tributarios faceret. Est enim gens indomita sub Septentrione in Oceano degens, cuius sæuitiam multarum sæpe gentium nobilitas luxit. Hi aliquando classibus per Rheni fluminis alueum conscendentes, ferro et igne cuncta miserè laniarunt. Ipsas insuper nobilissimas ciuitates, Agrippinam quæ nunc Colonia uocatur, atq; Treueros non longè à Rheno positas, nonnullasq; alias in regno Lotharij debellantes, uiceperunt, cunctisq; ablatis, ea quæ secum deferre non poterant, combusserunt. † Thermas etiam Grani palatij atq; palatia combusserunt. Verum his omnisis, ad narrandi seriem redeamus.

De Arnoldo duce Baioariorum in Italiam irrumpente, & Hugone illi occurrente, & de Baioariorum strage, et de Arnoldi fuga, et de Verona Hugoni restituta, et de Ratherio capto, & opere quod ipse in carcere de se composuit. Cap. XIIII.

Arnoldus Baioariorum, et Carentanorum dux, cuius superius fecimus mentionem, cum non multum ab Italia longè distaret, collectis copiis quatenus Hugoni regnum auferret, aduenit. Qui Tridentinam ea

ex parte primam Italiæ Marchiam pertransiens, Veronam usq; peruenit. Inqua à Milone Comite, atq; E
Episcopo libenter, ut qui eum militarem, Susciptur. Quod Rex Hugo, ut audiuit, collecto exercitu, ei obviam
rdest, equitatus, Cumq; eodem peruenisset, et † Caballicatas (ut Vulgò aiunt) circum circa dirigeret, Barbarionem quendam
non minima de castro, Vocabulo Gausenengo, egredièns, cum Italensibus pugnare cœpit. Aquibus grau
Confossa, uix exea, uel qui hoc cæteris nunciaret, euasit. Qua exre Arnoldus dux non parua est consu
repletus. Unde factum est, ut consilio accepto, Milonem Comitem vellet capere: atq; Italia derelicta, ip
illum in Baioariam ducere, quatenus Veranco exercitu, cum eo iterum redire posset: quod Milonem n
Latuit. Qui diuersis Cogitationibus æstuans, quid ageret penitus ignorabat. Hugonem Regem planè,
Meruerat, adire timebat: cum Arnoldo uerò in Baioariam duci, non solum mortem, sed et infernum
bat. Hac utq; in Ambiguitate, quoniam Regem Hugonem cuiò misericordia nouerat inclinari, Arno
fugere, et ad eum deliberat tendere. Arnoldus uerò quo citius potuit, in Baioariam est regressus. Muni
Autem quæ in eadem cuitatem erat, prius oppugnans, fratrem Milonis, milites q; eius qui eam defende
bantur, secum in Baioariam duxit. Quo discedente, Hugoni Regi mox ciuitas reddit, & Ratherius
dem ciuitatis Episcopus abeo captus, Papiæ exilio relegatur. Inquo facetæ satis urbanitate de exilio
na librum componere cœpit. Quem si quis legerit, non nullas sibi hac occasione res expolitas
et, quæ legentium intellectui non minus placere possunt, quam prodesse.

Liuthprandi Ticinensis ecclesiæ seuitæ Historiarum liber quartus.

Pro proœmio quarti libri dicit se deinceps quæ vidit scripturum, quomodo videlicet Hugo lo
thharium filium suum Regem constituit, et Romam cum exercitu perrexit, ubi Aldam filiam
suam Alberico per dolum despondet, uxo tamen non ducit. Cap. 1.

Hactenus quæ dicta sunt, Sacerdos Sanctissime, sicut à grauissimis qui ea cognouerant, viris audi
posui: cæterum quæ narranda sunt, ut qui interfuerim, explicabo. Eà siquidem tempestate tu
eram, qui Regis Hugonis gratiam uoci mihi dulcedine acquirebam. Is enim, ευφωνίαν, magn
diligebat, in qua me coætaneorum quorum nemo vincere potuit. Igitur Rex Hugo, dum prospere si
cta prospicere, filium suum Lotharium, quem ex Alda uxore sua genuerat, cunctis consentientibu
Regem posuit. Quo constituto, qualiter Romam exqua et Tiberis turpiter fluebat, posset acquirere
tabat. Collecta utq; multitudine, profecturus Romam. cuius quamquam loca & prouincias cir
circa miserè deuastaret, eamq; ipsam quotidiano Impetu impugnaret, ingrediendi eam tam
effectum obtinere non potuit. Sperans denuq; Galli dotate sua Alberium posse deuincere, ei den
ue filiam suam Aldam Lotharij Regis nati sui germanam sibi conjugio collat, sic & pace ha
ue suus ipsius filius securus permaneat. Albericus igitur, ut vir haud fatuus, filiam ipsius de
Jugio iunxit. Romam autem, quam nimis ardebat, non tradidit, sed ei minimè credere. Nisi ta
Albericum Rex Hugo inescasset, & cepisset, nisi illius hoc cauisset astutia militum, qui aliquam
cem cum ipso habere non cupiebant. Siquem enim Rex Suevum vellet corripere, ad Albericum
studuit fugere, à quo & Regis meritum gratanter susceptus, Romæ uiserat honoratus.

De Saracenis, qui Frazineto relicto, Aquas uenerunt, ubi Commista pugna, omnes periexunt.
et de prodigioso Sanguinis fluxu apud Genuam, quæ eodem anno ab Agbris capta est. Cap. 11.

Dum hæc agunter, Frazinetum Saraceni habitantes, collecta multitudine, Aquas (quæ est locus q
quaginta millariis à Papia distans) usq; peruenerant. Horum † τὸν λαίπαρος, id est prædux, Sag

† melius.
τοῦ Co λος,

Saracenus pessimus, Impius q; extiterat. Deo tamen permittente regna commissa τὰ λαμπρὸς, id est, miserecum omnibus Suis interiit. Per idem tempus in Januensi urbe, quod est in Algidis Coccis obligentis studijs à Papia distans, Sugra africanum mare constituta, fons sanguinis largissimè fluxit. Sub sequentem canctis patentem Vrinam insinuans. Eo quippé anno Leni cum multitudine classium illò perueniunt, cuibus & ignorantibus, ciuitatem ingrediuntur, canctos quos is exceptis, et mulieribus, trucidantes: Canctos q; ciuitatis & ecclesiarum Thesauros nauibus Imponentes, in Africam sunt reuersi.

De Manassis Arelatensis episcopi cauillo, et fibla ratione, qua se ad exemplum Dicti Petri episcopatus Sedem mutasse dubitabat. et de Arguta Lincolgrandi meum responsio ne. Cap. III.

Hoc in tempore Manasses, Arelatensis ciuitatis Episcopus, agnita Regis Hugonis potentia, à cuius ipse sanguine affinitatis lineam traxerat, deserta Commissa sibi ecclesia, in Ambitionis Spiritu, Multa q; Vastaturus, imò laceraturus ecclesias, Italiam petiit. Hugo autem Rex se regnum securius obtinere Sperans, si affinitate sibi Coniunctis regni officia largiretur, contra Ius fas q; Veronensem, Tridentinam Mantuanam Commendauit illi, Seu quod uerius est in eam dedit ecclesias. Ac ne his quidem contentus, Tridentinam adeptus est Marchiam: quo bonore impetrato, cum miles esse inuideret, Episcopus esse desinit. Libet autem pater, ὦ ἅγιε, id est, sancte, aliquantulum immorari. Suaq; ipsius ipsum sententia, cur hoc ageret, Deo largiente, propria Regulare. Beatus, inquit, Petrus, Antiochena dimissa ecclesia, ad Romanam urbem, quæ potentiæ magnitudine centris tunc nationibus Imperabat, post modum transtulit. Vbi cum disponente Deo, Sanctam toto orbe Venerandam fundaret ecclesiam discipulo Suo Beato Euangelistæ Marco priorem Antiochenam Simul Commendauit: ita tamen ut Aquileiensem et ipse primò institueret, atq; Alexandriam conuersa peteret. Quod ita fuisse, nemine eorum, qui actus Apostolicos legerit, nescire cognouimus. Sed Vt nobis Respondeatis, ô Manasses, uerte Sieger bis non Senire cognoscas, ex nominis tui Etymologia parentes tuos iudentes fuisse Intelligis. Manasses quippe Obliuiosus, Seu, obliuio Domini interpretatur. Quid enim uerius aut apertius parentes tui hoc nomine Vaticinari potuerunt? Ita inquiam, es oblitus tui, ut nec hominem quidem te esse Veminiscare Diabolus quippe Scripturas nouit: et tamen ut peruersus est, peruersè eas interpretatur: et cum his Vtitur ad perniciem, non ad salutem utitur. Scis nè hunc, quem tentationum Iaculis Dominum, & Redemptorem nostrum Ieiunijs Vrbium Auguriis Sanctiare Conaretur, his Prophetæis male vsum uerbis? quoniam Angelis Suis Mandauit deus, ut in manibus tollant te, ne Vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Hoc sanè ita esse Scriptum, ac deo dictum, nullus fidelium Ambigit. sed quam fraudulenter uerba hæc Sectabatur ille proferat, ipsius quinon Solum mortalium, sed et Angelorum Sensus excesserat, Responsione animaduertere poteris: non tentabis, inquit dominum deum tuum. Vides igitur quod et te Verus quidem, Sed fraudulentis assertionibus ueteris, quem admodum & Apostata Iulianus Respondisse dicitur Christianis, quos auctitate Vanitatis certa quæq; defraudauit: nolite, inquit, magister uester, possidere Aurum, nec argentum. & illud, Facilius est, introire Camelum per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cœlorum. & item, quinon Renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Cedo igitur, quid peruersius ille, quid ue fœdius te dixisse credendum est? quod enim Petrus ad Iustitiam, tu transfers ad culpam. Credo enim te Actus Apostolorum non intellexisse, aut quod Credibilius est, minimè legisse. Vbi planè Sic Scriptum Legeris: quoniam fideles Vendebant prædia sua

et ponebant pretium antecedes Agonistarum, quibus erant omnia communia, nec quisquam aliquid
esse dicebat: dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Si igitur quod inhumano cenguest pecori
tibi & animâ cărius, Pecus aurum, quasi quiddam pestiferum tangere nolluit, quam ob rem eum Antio
deseruit, ad Romanam asseris ecclesiam transvolasse? Silatras illam, quod omnino falsum est, quod sui
censum: Ego animarum lucrum, & gloriosum confessio Martyrum. Pro dolem quippe ipsi à Magistro,
Creatore, et Redemptore omnium fuerat: quoniam cum esses senior, cingebaste, et ambulabas ubi volebas: cum aute
vis, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quò tu nolvis. Hoc autem dixit, Significans, qua morte
glorificaturus esset Deum. Denique et alio in loco post resurrectionem, Petro se quò vult interroganti, Respondit
nus dicitur: Romam, iterum crucifigi. Venit igitur Romam Petrus, non ambitione inflamatus, sed mart
animatus, non quidrens aurum, sed animarum lucrum. O felicem, imo beatum, si talem se tua Conscientia
Hoc inficiari quidem potes, te Veronensem episcopatum vendidisse, quod Petro non cuilibet, sed Apo
illi, nunquam dubitamus contigisse. Quare non solum Spirituali, verum etiam corporali honore Sedis Apo
te privatum esse cognovimus. Hæc autem interim dicta ad propositum redeundo sufficiant, quod
te Deo, latius disserere suis in locis, qualiter Mediolanensem usurpaveris cathedram, veniamus.

De Berengario, et eius uxore, et fratre Anscario, et de Theobaldo Marchione, qui Græcos à se in prælio captos castravit. Et de muliere, quæ festivo commento Marito virilia seruavit, Cap. VIII.

Eo tempore Berengarius ille, cuius Ipsum quidem nunc luget tota Italia, Coregio civitatis Marchio
tur. cui Rex Hugo neptem suam, nomine Willam, quam ex Willa Uxore sua Bosonis Tusciæ procu
chio Regis frater genuerat, conjugem dedit. Anscarius vero Berengarij frater, quem ex Adelber
megarda Regis Hugonis genuit Soror, vitium audacia potentia & clarebat. Theobaldus etiam Ma
quidam, proxima regi Hugoni affinitate consultus, Camerinorum, & Spoletinorum Marchio erat.
auxilium Beneventani Principis contra Græcos, qui eum vehementer oppressarant, abiit. Quibus
bellum inferret, victoria est potitus. Contigit denique, multos Græcorum eum non arma, sed castra
nentium, hunc cepisse. quibus dum virilia amputaret, talia, ρα πηγῶ, id est, qui eis præcu
cavit: quoniam quidem Vivo Sancto Imperatori Spadonibus nihil pretiosius esse cognovi, M
dixi parvulos sibi verecunde transmittere; plures quam optimum Deo propitio, transmisum
bridem autem, imo Sapientiam, quam quidam tunc mulier gessit, hic inseramus. Dum enim qui
die Græci cum episcopis terræ feminibus extra castrum quoddam de pugnam adversus Theobaldum memor
exirent, non nulli ab eodem sunt capti. quos quum Eunuchizaret, eosque in castellum dirigeret, mulier
Mariti succensa amore, eius pro membris non parum sollicita, sparsis crinibus de castello exiit
bunda. Quæ quum cruentis unguibus ora discerperet, atque ante Theobaldi tentorium clamosis v
fleret: quid causæ est, inquit, mulier, quod tam sonetis vocibus quereris? Quæ quia stultitiæ
simulare loco, prudentia summa est) ita respondit: Nescirem, inaudivi & fama nos est, heroes, ut
non repugnantibus mulieribus inferatis: nostrarum nulla ex Amazonum sanguine prosapiam
ducit: Muneraque quippe solum operibus dedite, armorum penitus scimus ignaræ. Cui cum Th
dus diceret, quis unquam sani capitis heros, præterquam Amazonum temporibus, bellum mul
mulit? ea respondit, quod, credo, cruditus mulieribus bellum inferre, quod ei in commodius fo
testis auferre, quam ab ea viris certetis ξιφίδια; id est testiculos, amputare, in quibus nos
poris refocillatio, et quod omnium potissimum est, nascitur Spes extat prolis? Dum enim eos

Eunuchizatis, non quod illorum, sed quod nostrum est, tollitis. Nunquam armentorum, seu Ouium copia quam nobis ante hos dies abstulistis, uestra me castra adire coegit. Summalium, quem mihi feisti, suspendia, Laudo, Saburam hanc tantam, tam crudelem, tam irrecuperabilem, modis omnibus horreo, fugio, nolo. Sancti Dei omnes talem ame auertite pestem. His auditis, nimio sunt omnes cachino commoti, totiusq; in eam populi fauor exercuit, ut non solum uirum suum integrum, uerum etiam cuncta quæ sibi animalia ablata fuerant, recipere mereretur. Quæ cum his receptis abiret, direlto Theobaldus gorbeam nuncio, iste rogauit, quid uiro suo auferret, si adquamam amplius contra se de castello exiret. Oculi, inquit sunt illi, manes, manus, et pedes. Si hoc egerit, illi quæ illius sunt auferte: quæ mea sunt, mihi ancillulæ derelinquat. Verum quia fauorem populi prima sibi loquutione adesse per nesum, & maiori donam meruerit, hæc post modum per direlum nuncium remandauit.

De Bosonis, qui consilio uxoris perfidus extiterat, ab Hugone captiuitate, & Vxoris eius Willæ ab Italiæ ejectione. Et de Balteo preciosa impudenter à Jesu in loco pudendo compto. Cap. V.

Per idem tempus Regis Hugonis frater Boso, Willa uxore sua cupidissima stimulante, aduersus Regem nouarum quadam, et peruersa molitus est agere. Quod Hugonem minimè latuit, qua ex re captus, custodiæ est continuò traditus. Causa defectionis eius hæc fuit. Dum Lamberto, quem supra memoranimus, Lumine priuato, idem Boso Marchiam Tusciæ detineret, consuluit eius Willa, φιλαρχεία, idest, amore principatus cœpit flagare: adeo ut totius Tusciæ prouinciæ nulla nobilium matronarum, quantumuis se greci ornamentis exerceret. Hæc cum prolem uirilem non haberet, quatuor habebat natas, Willam, Bertam, Gislam, Richildam. Harum Willa Berengarij huius, qui nunc superest, uere marita, hoc effecit, ne generis sui omnium mulierum esset nequissima. Vt autem non per longas ambages eius alta panamus, uno tantummodo dicendo, quæ et quanta fuerit mediocris animaduertere poteris. Vir enim Bosonis mirę longitudinis, et latitudinis aureum habebat balteum, qui multarum & preciosarum splendebat nitore gemmarum. Hunc cum Boso gereret, super omnes gazas eius diligenter Rex Justit inquiri: sumptis q; diuitijs, uxorem eius quasi profanam, et sceleris totius auctricem, turpiter de regno Italico præcepit expelli, atq; in Burgundia, regua oriunda fuerat, dimi. Verum cum diligenter omnia perscrutati, balteum non reperirent, cætera nuncij reportantes, ad Hugonem sunt reuersi. Tum Rex, reuertentes, inquit, scrutamini eius omnem aggerem, scrutinate etiam, quod equitando premit, cuertite. Et si nec quidem ibi balteum poteritis reperire, uestimentis omnibus eam exuite, ne alicubi super se possit occulere: noui enim quam callida, quamq; sit cupida. Igitur illis redeuntibus, Regis q; Jussioni parentibus, quum requisitis omnibus, nihil inuenissent, uestimentis eam omnibus nudauerunt. Hoc demq; tam turpe facinus, atq; inauditum, cum auertentibus oculis turbam nemo conspiceret, seruum quidam direlto de tuba, purpuream seu natium speciem, idest curbaturam, uidit degendere corrigiam, quam impudenter arripiens, fodit et q; trahens ex secretioris parte corporis, eam tegutes balteus est egressus. Seruusq; idem non solum inuerecundus, sed eo ipso facinore turpi hilarior redditus: ha ha he, ait, quam beatus obstretricandi miles, Rufes quem est natus hero, quæso ne sit segnes. O me fortunatum, imo omnibus felicissimum, si tales salem duos uxor mea mihi pareret natos, hos Constantinopolim dirigerem nuncios: quoniam quidem ut institoribus narrantibus agnoui, huius modi libenter Imperator suscipit. Talibus præterea Willa confusa sermonibus, lacrymis effusis, latentem sub corde cunctis aperit dolorem. Per Vrsaue,

ut seruorum propium est, eius dejectione non solum non inclinatus, verum etiam animatus, hoc ad exaggerandum dol
Vulnus adjecit:

Willa quid insanis? aurum cur condere caecis
Incipis in membris? proh non audita cupido!
Allecta à furiis gemmas in corpore condis?
Matribus insolitum tales producere partus,
Hinc tibi nulla decem tulerant fastidia menses.
Alma parens tales nobis haud desine foetus
Edere, qui nati superent te aetate parentem.
Talia cunctanti collum percusserat vnus
Impiger, ac verbis illum culparat amaris.

His ita peractis, baltheus Regi adducitur, eaq in Burgundiam destinatur. Verum tamen quae abs co
ari qui eum inquirere iussit, foedius egerit, mihi quidem videtur Amphibolum. Liquet tamen, quo
auri gemmarumq nimia sit cupidine animatus.

De Morte Rodulfi Regis Burgundionum, cuius vxorem Rex Hugo duxit, et filiam filio suo tradidit. Et quomodo Apellices vxoris vxorem suam despexerit, Cap. VI.

Burgundionum praeterea Rex Rodulfus mortem obiit, cuius viduam, nomine Bertam, Rex Hugo, Alda
ry Regis filij sui matre defuncta, maritali sibi conjugio sociarat. Sed et filio suo Regi lothario, Rodul
ipsius Bertae natam, nomine Aldelheidam, tum forma honestissima, tum morum probitate gratios
conjugem tulit. Quod Graecis omnibus non videtur Idoneum, scilicet, ut si pater matrem, cum sint
vnum, vxorem accipiat: filius filiam non sine reatu valeat conjugio sibi sociare. Hugo denique multarum
cubinarum deceptus illecebris, praefatam conjugem suam Bertam maritali non solum non coepit amore
verum modis omnibus execrari. Quod quam Deus iuste punierit, suis in locis ponere non pigebit.
Cum nonnullae essent concubinae, intres supra caeteras turpissimo ardebat amore. Bezolam vilissimo
Sueuorum sanguine cretam, ex qua et natum genuit, nomine Bosonem; quem in Placentina post
obitum Episcopum ordinauit ecclesia: Rozam deinde, Walberti superius memorati filiam de colla
quae ei mirae pulchritudinis peperit natam: tertiam Stephaniam genere Romanam, quae ei fili
perit nomine Theobaldum, quem post modum in Ecclesia Mediolanensi Archidiaconum ea ra
constituit, ut defuncto Archiepiscopo, eius ipse vicarius poneretur. Quid autem fuerit, quod effect
habere haec non siuerit, vita comite, scribendus ordo nudabit. Sed et has tres ob turpis impudicitiae facinus,
nominibus, Bezolam videlicet Venerem: Rozam Iunonem, ob simultatem & odium perpetuum; quando
ea secundum pulchritudinem carnis, haec spetiosior videbatur: Stephanam vero Semelen appellabat. &
non Rex solus his abutebatur, earum nati ex incertis patribus originem ducunt.

De Morte Henrici Regis, & ubi sit sepultus, et de prudentia eius, qui filium suum Othonem Re
gem constituit, qui Otho ante regni susceptionem Sororem Regis Anglorum duxerat. Cap. VII.

Eo in tempore Rex Henricus, in castello quod est inter Thuringorum, & Saxonum confinia, & dicitur Hi
grauissima valetudine correptus, migrauit ad Dominum. Cuius corpus in Saxoniam depertatum, in nob
marum, ac religiosissimarum Monasterio puellarum, quod in ipsius Regis praedio, vocabulo Quin
gaburch situm liquet, intra ecclesiam cum immensa est veneratione repositum. Ubi & venerabilis

Con Iux, regni q consors, ex eadem gente, nomine Mathildis, Vltra omnes quas viderim, & audierim mationas, pro delictorum expiatione, celebre exequiarum officium, viuam q Deo hostiam offerre non desiuit. Hæc ante regni susceptionem, viro suo filium peperit, quem vocabit Othonem. Iustum, inquam, cuius mundi partes Aquilonaris, et occidua potentia reguntur, sapientia pacificantur, religione lætantur, justi q Iuditij seueritate terrentur. Post Regiam autem dignitatem duos peperit, unum quem patris nomine, vocavit Henrricum, facetia satis ornatum, consilijs prouidum, vultus nitore gratiosum, oculorum vigilantia placidum: cuius pro recenti funere non mediocres lacrymas adhuc fundimus. Tertium deinde Brunonem nomine quem pater Sanctus, quoniam Nortmanni Traiectensem destruxerant omnino ecclesiam, ob eiusdem recuperationem voluit militare. Verum istorum actus suis in locis latius expluemus. Quantę fuerit prudentiæ, quantę q Rex Henrricus scientię, hinc probari potest, quod optimum, & potissimum, et religiosissimum natorum suorum Regem constituit. Imminebat enim Rex prudentissime, obitu tuo totius populi casus, si tantus Regię dignitatis non subiret vicarius. Qua in re in amborum laudem hos pangimus versus.

Ipse qui quondam superare gentes
Impias bello solitus cruento,
Nouimus nunc, Rex, dederis popello
Morte quam magnas propia ruinas.
Turba certatim viduata caro
Rege iam cesset lacrymare: quando
Alter exurgit similis cluenti
Filius patri, venerandus orbi
Rex Otho: gentes ditione magna
Qui premet, pacem q feret beatam.
Quidquid Henrici periit recesu,
Præstitit claro populis hic ortu,
Blandus, et mitis, patiens q sanctis,
Pæstifer duris, rabidus q sæuis.
Bella non nullis tibi sunt gerunda:
Ex quibus nomen referens in astra,
Cuncta calcabis pedibus per orbem,
Quæ premit tardus radians Bootes,
Et quibus nomen dedit Hesper Almus:
Lucifer rursus vocitatus idem,
Surgit eoo properans corusco.

Duxerat idem Rex Otho ante regni susceptionem ex Anglorum gente nobilissimam Regis Adelstani fratris filiam sibi uxorem, nomine Ogit: ex qua et filium genuit, nomine Liutolphum. cuius obrecentem iacturam, quoties memoriam agimus, lacrymis sinum replemus. O. si nunquam natus, aut non tam maturé esset defunctus!

De Henrico peruersorum consilio othoni rebellante, et exclamat authoris in eum, Cap. VIII.

Quo in tempore Regis eiusdem frater Henricus, quorundam peruersorum instinctu, eidem est nimium

aduersatus. Is enim qui post creationis suę mox clarissimam dignitatem creatori suo se similem facere volu[illegible] auditores suos talibus Henricum contra fratrem, imo Regem, et Dominum sermonibus instigauit: recte patrem egisse rere, in regia tibi dignitate genito, non in eadem genitum proponendo? Plane non discretionis censura ponderauit, uerum passionis magnitudine aberrauit. Ergo age, neq tibi deerunt copię, fratre[illegible] regnum accipe, sitq tibi regnandi facultas, cui accidit Deo largiente, et in eadem dignitate natiuitas

Regnandi tibi quid Iuvenum tam dira cupido
optime Saxigenum? prohibet Deus.
Haud pater Henricus dedit his: quia sceptra mouebat
Astripotens bonus ipse Deus pius,
Quo sine nec regnum capitur, nec tempora sistunt.
Quid quid in orbe, Deus, geritur, iubet:
Per quem iura duces cernunt, Reges q triumphant.
Fraternas acies nunc nunc male
Conflictare cupis, fallax, crudelis, inique,
Impie Leuiatham Beemoth paras
Antiquum renouare tua iam fraude duellum.
Crimine procuncto pœnas lues,
Hic reprobum numeris culpans quod peccat, in æuo/
improbe supplicium referes simul:
Et quæcunq malis debentur flammea cunctis
Vincula, parta tibi misero: neque
Igni comas Erebi iuste demersus ad undas,
Perpetuo tecum arsuros trahes
Christicolas: quia si qua sacro baptismate loti
Debita post traxere, Deimanet
Gratia, quæ lapsos erexit sanguine gratis.

De Everhardo, qui Henricum adhuc Regi Othoni fratri suo fidelem cepit, et in Franciam abcuxit. Item qua ratione Everhardus dictus Gilibertum à Regis fidelitate se iunxerit, et quomodo Gilibertus, et Everhardus Henricum carcere emiserint. Cap. IX.

Tanti huius, ac tam perniciosi facinoris illex Everhardus extitit comes: huius enim primę rebellionis re, Henricus fratri suo Regi et domino, prout debuerat, adminicula dederat, nisuq omni aduer[illegible] fatigabat. Verum, quia in curia non solum temporalibus rebus, sed etiam æternis deditis, atq in[illegible] ternæ contemplationis visione constitutis, lapsum nonnunquam parat, et quod (ut Vegetius [illegible] in libro rei militaris ait) Necessario amplior securitas grauius solet habere discrimen: Henri[illegible] in quodam oppido manentem, incautius q se tuentem, prędictus Everhardus collecta multitudine [illegible] ac prius quam ei frater Rex adminiculare posset, expugnauit, secumq illum et gazam non pa[illegible] in propria transportauit. Rex igitur tantum fratris, imo suum cupiens dedecus vindicare, prę fatum [illegible] hardum, sibiq conniuentes, toto cœpit conamine persequi. Everhardus sane Gilibertum Lotharin[illegible] ducem à regis fidelitate se iunxerat, cuius adiutorio Regi non modice resistebat. Quanquam [illegible]

Gilebertus Regis Sororem haberet uxorem, malúit tamen Sue regendi regni Spe animatus, Regi obsistere, quã eum, ut debuerat, tenere Suos emulos ad Iuuare. Sed cum se Regi nec Sibi consicerent posse resistere, non in callido Secundum hominem, Sed fatuo secundum Deum, accepto consilio, huiusmodi uerbis Henricum conueniunt: Si consiliis nostris te parere nobis Iuramento promittis, non Solum quia captus es te dimittimus, Sed quod maius est, Sitamen Rex uelit fieri, nostrum te dominum constituimus. Hoc autem non eo dicebant, ut facerent, Sed ut eius auxilio Regem debellarent.

Qua calliditate Cuerhardus Henricum et Gilebertum in acquirendo regno decepere voluerit et quomodo ab Salbanie Conjugi dixerit. Cap. X.

Habuerat planè Rex non nullas maximas, et fortissimas copias, et earum duces Hermannum, Scilicet Suevorum ducem, fratrem ejus Udonem, atq; Conradum, cognomine Sapientem, qui quamquam affinitatis linea Cuerhardo jungerentur, maluerunt tamen Subditi, Senescentis inobedientes, Subito cum Rege occumbere, quã cum consanguineo insultè triumphare. Henricus igitur, promissa tam promissione deceptus, copiis non collectis copiis, totis uiribus ipsos ad Iuuare, Regemq; capere ac debellare, Verum quia Scriptum est, mentita est iniquitas Sibi, Sibet paululum immorari, et quemadmodum cum mentita sit iniquitas sibi, explicare. Cuerhardus Haud prius Gilebertum à Regis fidelitate Se jungere valuit, donec Regem cum se Saltuum esse promisit. Gilebertus autem antebac Henricum decepere Studuit, ut dum eo adjutorio Regem devinceret, ipsum degraderet, Sibi regni Solum obtineret. Verum Cuerhardus longè aliter disposuerat. Voluit enim Regem posse devincere, regno q; privare uterq;, Sibi q; usurpare, quemadmodum ex uerbis ipsius, quæ paulò anteaquam moreretur, uxori Sue dixit, conjicere possumus. Quamdum foueret in Sinu, Secundare, inquit, ingremio Coniti, breui Socrum in amplexibus Regis. Quod non ita accidit, & Iniquitatem Sibi mentitam esse, tempestas indias probat.

De admirabili Victoria, quam Rex Otho orando obtinuit, et de Henrico in Brachio Vulnerato ineo prælio. Cap. XI.

Igitur, ut præfati Sumus, huiusmodi Henricus promissione animatus, imo deceptus, collecto exercitu, cum Gilberto pariter, atq; Cuerhardo, Regi præparat bellum. Quos contra Rex properat Saltus, non eorum multitudine territus, Sed Dei pietate confisus. Sed ut Scias, quam facile est Deo, ingentes plures vincere, & quod quisq; mirabundus Virtutis Sue non Salbanius, audi antequam à Domino veniret tum miraculum: Regis Milites Supra Rhenum ad locum, Vocabulo Bierzun, pervenerant, Rhenum q; alueum transire cœperant, cognoscentes quod Henricus cum præfatis Comitibus tanta Vicinitate eis tam esset proximus. Perpaucis demq; è navibus egressis, uix Equos ascendere, Seseq; armis induere poterant, cum prænominatorum Legiones non nunciantur properantes, Sed intuitu ipsto cernuntur prosilire. Taliq; igitur Sese mutuo Sunt Sermone aggressi: Fluminis hujus, ut cernitis, magnitudo Solos nobis nobis Sufficere, nosq; etiam quamuis uolentes, redire non sinit: nec clam nobis est, quam Ridiculum nobis præsertim Sit Navibus, hostes uiros Sibi obstabiles tradere, et non resistendo, mortem fugere, uitamq; Semper eram opprobriis comparare. Quamquam enim evadendi quod nunquam hostibus obest, ablata desperatio, & Supplicandi opprobrium Sempiternum pugnandi nobis fiduciam præstent: ea tamen est, quæ nos præsertim Veritatis Scilicet, et Justitiæ causa pugnare compellit. Si enim terrestris domus nostra resistendo in Justitiæ dissolutur, æternam non manufactam recipiemus medijs. His utq; dictis, accensi, hostes inter præcipiti cursu transeunt. Rex demq; Suorum tantam Constantiam, non Sine divino instinctu

Considerans, quoniam fluuio interedente, corporali presentia subuenire suis non poterat, recordatus est Domini, qui repugnantes sibi Amalechytas orationibus Moysi seruidei deuicerat, protinus equo descendit, seseq; cum omni impetu, lacrymas fundens ante uiuificos clauos, manibus domini Iesu Christi affixos, suq; lancee impositos, in orationem dedit: quantumq; iustitiam (secundum illius sententiam Iacobi) tunc ualeret oratio, res manifesta probauit. Nam & orante, cum ex suis nullus cerneret, hostes sunt omnes in fugam conuersi, non nullis eorum, cum fugerent, genibus regnabant: qui quidem pre angustia sese insequentes hostes uidere non potuerunt. Cesis igitur plurimis. Henricus uehementer in brachio percussus, et quamuis loricę tuguis forcipedo ad carnem usq; ensis aciem admitteret, pondere tamen percussionis acerbę brachium est adeo in horrem conuersum, ut nullis eorum curis ultra mederi posset, quin subsequente anno dolorem pertinacem sentiret. Unde et post huius fauoris occasione, ipsum fatti sunt hominem exiisse. Sed quia lancee ipsius fa[ci]em memoriam feimus hic, qualiter ad eum peruenerit, inseramus.

De Lancea Dominica per Henricum inuenta, et ad Othonem perlata. Cap. XII.

Burgundionum itaq; Rex Rodulfus, qui non nullis annis Italicis imperauit, lanceam illam a Comite dono acceperat. Erat enim excepta ceteratum specie lanceatum, nouoquodammodo opere & elaborata figura, habens iuxta limbum medium utrobiq; fenestras. Hę propellentibus perpulsa acies usq; ad dextrum medium lancee extenduntur. Hanc igitur Constantini magni Sanctę filij, uiuifice crucis inuentiuis fuisse affirmant, quod media in spina, quam limbum superius Ex clauis, manibus pedibus & Domini et Redemptoris nostri Iesu Christi affixis, cruces habet. Hanc itaq; Rex, ut erat Domini timens, totiusq; Religionis amator, audito Rodulfum tanum a Domino donum habere celeste, nuncijs directis tentauit, si precijs aliquibus eam posset acquirere, sibiq; ad uisibiles, mirabiles & hostes arma multissima, triumphum & perpetuem preparare. Quod cum Rodulfus modis omnibus se nunquam factarum edituerit: Rex Henricus, qui a molire humanis non potuit, minis terrere magnopere curauit. Omne quippe regnum eius cede atq; incendijs deuastatorium esse promisit. Quia uero quod petebatur, munus erat, quo celestibus terrea Deus conspicuus lapis scilicet angularis fuens utraq; unicus, Rodulfi Regis emollitur cor, iusto & pio Regi, iusta iuste pia Dominus dedit. Rex enim pace presente simultatis causam habuerat. Nam eo quibus Cruciq; rursus ad Herodem properante, facti sunt amici in illa die, qui prius inimici erant ad inuicem. Quanto autem amore Rex Henricus predictum in estimabile donum acceperit, tum in non nullis rebus, tum in hoc certum clarum, quod non solum eo donantem se auri argenti & muneribus, uerum etiam sua prouinciq; parte non minima honorauit. Deus autem, qui quoquis & quid animo geratur, intuetur, Muneris quantitatis, sed bonę uoluntatis inspector ac retributor, quanta ob gelibatam rem Eterno in seculo quem donauerit Regem, indicijs quibusdam hoc etiam intempore prodidit. Contra se insurgentes hoc uictoriosero preeunte Signo, semper hostes terruit, atq; fugauit. Hac occasione, imo Dei uoluntate Sanctus Rex Henricus adeptus est Vrmpfordam, quam filio, ut in presentiarum nobis semo est, decedens cum regno hereditario dereliquit. Qui quanta donum estimabile ueneratione coluerit, uictoria non solum indicat presens, uerum etiam diuersorum promptuari sumus, admiranda largitio munerum. His itaq; peractis atq; fugatis hostibus

non tantum de Victoria Laetus, quantum de Diuina Miseratione Magnificus.

Probat autoritate Sanctae Scripturae, Victoriam Othonis non fuisse fortuitam, sed Deo ita disponente, prouenisse. Cap. XIII.

Libet autem paululum Immorari, et quod non fortuito, sed Deo disponente, haec ita acciderint, enarrare. Quod Luce nobis clarius constabit, si Domini, ac Saluatoris nostri Jesuchristi apparitionem, quae post resurrectionem Mulieribus, et Discipulis facta est, in medium proferamus. Fidem Petri, dilectionem Joannis Suprapectus Domini in coena recumbentis, Thomas firmiter nouerat, eosque ad Sepulchrum cucurrisse, nihilque praeter linteamina inuenisse audierat: Angelorum etiam Visiones, qui eum Viuere assererent, Mulieribus apparuisse cognouerat. Sed esto, forte mulierum infirmitatem considerans, Mulieribus non credebat. Cedo inquam, Sancte Thoma, si duobus Discipulis ad Castellum Emaus properantibus, quibus non solum apparuit, sed etiam Scripturas, quae de se erant, aperuit, imo etiam secundum consuetum morem, panem bene dixit, et fregit, ac dedit non credis: Omnibus tamen condicipulis, quibus Januis clausis apparuit, quid fidem non adhibere contendis? Meministine, inquam, eundem Dominum et Praeceptorem tuum, cui te commoriturum promitebas, ante passionem haec omnia praedixisse? Ait namque, ecce ascendimus Hierosolymam, et consumabuntur omnia, quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur: et postquam flagellauerint, occident eum: et tertia die resurget. Cur itaque eum dubitas resurrexisse, cum gentibus traditum, flagellatum, consputum, crucifixum, sicut praedixerat, videas? Aut absre est, quod Dominum tuum manibus propriis tractare contendis. Ipse Dominus namque Rex noster, qui operatus est salutem in medio terrae, qui nouit omnia, antequam fiant, multos praeuidens hoc errore perituros, ut est Misericors, & clemens, Infer, ait, digitum tuum huc, et mite manum tuam in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. Confitere, Thoma Sancte, et tua dubietate omne nostrum exclude amphibolum. Dominus, inquit, meus et Deus meus, O, ambiguum omni laude dignissimum! o dubium cunctis seculis praedicandum! Si tu non dubitares, ego non tam firmiter crederem. Si Mulierum credentium, si condicipulorum fidem, haereticis qui non uero corpore dominum Jesuchristum resurrexisse latrabant, diceremus, multa nobis argumenta diabolica calliditate opponerent. Sed cum dubitantem Thomam corpus tractasse, Vulnerum cicatrices tetigisse, ac mox dubitatione remota, Deum, et Dominum exclamasse audiunt: qui prius erant multi soni, mox ut pisces, videntur insoni, cognoscentes, quia et vera caro est, quae tractari potuit, et Deus, qui Januis clausis intrauit. Et quod Thomas dubitauit non fors, sed Dei omnipotentis dispensatio fuit. Sic itaque, sic Rex piissime, insperata ob militum paucitatem Victoria Diuinae consilium prouidentiae fuit, volens mortalibus indicare, quam charus Deo esset, qui orando tam immensum cum paucis triumphum obtinere promeruit. Forte enim imo certe, et tu prius ignorabas, quam charus existeres: quod post te cognoscere fecit, cum tanta Victoria honorauit. Sancti etenim viri quid virtutis habeant, et quanti in conspectu Diuini examinis existant, nisi probauerint, ignorant. Quod in facto Abraham, filium immolare cupientis, ex verbis Angeli dicentis colligere possumus: ait enim Ne extendas manum tuam super puerum, nec facias illi quidquam; nunc cognoui, quod times Dominum, idest te ipsum, et posteros cognoscere feci. Nouerat enim Dominus etiam antequam filium

Immolare uellet, quanta Abraham Patriarcha Sanctus erga Deum caritate diligeret: sed ás quidem quam perfecte diligeret, non nouit, donec per dilecti filij Immolationis apertissime cognouit, Mas et hanc ex Beati petri promissione approbare: Domine, inquit, tecum paratus sum Vinculum, et in mortem ire. cui dominus, dico, ait, tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosseme. O Sancte Petre, melius quam tu nouit te qui fecit te. tu profiteris ad modum gutas, ueram fidem: sed qui prius quam fiant, omnia nouit, ter se negaturum predixit. huius quippe Sententiæ non immemor, cum post modum te amore diligeres interro Magis ipsi credens quam tibi, amorem tuum hac temporata Responsione declarasti, dicens: Domine tu omnia nosti, tu scis quia amote. Consequentia quidem mea glus diligo te quamuis, nihil te diligendo diligeme. Votum autem ut existimo, ita se veritas habeat, ipse quam ego me qui me ut essem, fecisti, et ut te diligerem amore Iustissimo inflamasti. Bene uta Rex, non hoc, sed ob infirmorum altum est fidem, qui Victoriam non nisi multitudine putant con et humanas res non nisi fortuito prouenire. Scimus enim quia si cum duodecim legionibus Vires, ac Victoriam obtineres, non eam Domino, sed tibi Imputares. Et hæc ratio est, qua pauuis erando Voluit te Deus Vincere: ut et ipse sperantes ad amorem sui magis accenderet quantum diligere, nescientibus Indicaret. Sed his omissis, ad alia festinemus.

De iis qui in Alsatia Othonem Regem fraude Frederici Archiepiscopi deseruerunt; et de animoso Othonis ad suos responso. Cap. XIIII.

Brisacum

Est in Alsatiæ (a parte) Castellum, Brisegaune patrio uocabulo nuncupatum, quod et Rhenus in modum cingens, et naturalis ipsa loci asperitas munit. In hac uta Suorum Cuerhardus posuerat Multitudinem. Quorum terrore non solum sibi magnam partem gre fatæ prouinciæ uendicabat, Verum etiam circa Regis fideles miseré lanicabat. Rex denes bonus non quæ sua, sed quæ Suorum erant, considerans, exercitu, in Alsatam ut præfatum Castrum obsideat, præscitur. Cumq eodem peruenisset. Frederici tunc adest, Moguntiæ Sedis Archiepiscopi exhortatione, Episcoporum quamplurimi de suis nostris Amissis tentorijs, cœperunt Regem deserere, clamq ad ciuitates propias confugere. Frederico cuncta dole permanente. Quod Regis Milites considerantes, huiusmodi Regem sunt aggressi Sermone: cons Salubrius, loca hæc deserens, et Saxoniam petens. Hæc dante est, quod Henricus frater tuus bellum inferre conatur: qui si tam paruas tecum esse copias Senserit, uta Vegentinus irruet, ut nec fugæ quidem locus sit. Melius est igitur, reparato exercitu redire, quam aut mori miserè, aut turpiter fugere. Quibus Rex Imperterritus, ut quondam suis Iudas, cognomento Machabeus, nolite, ait, mihi loqui. Et si appropinquauit tempus nostrum, moriamur omnes in uirtute, et non Inferamus ergo gloriæ nostræ. Melius est enim pro uera Iustitia mortem subire, quam eam fugiendo turpiter vitam. Si illos Dei ordinationi resistentes, auxilium à multitudine sola, et non à Deo sperantes, uita lari, mori & ad irremissibiles Cruci pœnas descendere iuuat, nihilominus nos imo acrius pugnare qui et præliari pro Iustitia securi, et si sors carnis uniuersæ acciderit, securius postumies mori. Pro Iustitia pugnatores de copiarum paucitatem ante pugnæ experimentum terga dare, Deo diffidere dictis non solum eos à fuga proposito reuocauit, uerum etiam ut uehementer pugnarent, animauit.

De Animoso, et prudenti Responso Othonis, quo confutauit Impudentiam Comitis Albutiam in præmium auxilij petentis. Cap. XV.

Vnum autem, vnum, pater egregie, velim diligenter attendas, quod cum audieris, plus cum animi gaudio, quam hostes vicisse mireberis. Huius modi vincere aduersarios permittente deo, nonnunquam et peccatores possunt: in concussam autem animi tenere virtutem, prosperis scilicet non extolli, et aduersis non frangi, perfectorum solum modo est. Audi igitur in tanta hac fluctuante procella, quo fidei suffra getram, qui christus est, sit ardore fundatus. Comes quidam tunc predicte cum erat, cuius multitudo multum regis aciem conterebat. Hic itaque videns quam plurimos ex regis acie desertores, ad transfugas fieri, non minuendum, sed exteriorem considerans hominem, tantus huic secum vluere copit: quid quid a rege in hac turbatione constitutus petiero, sine dubio impetrabo, presertim cum et acre nobis bellum immineat, a te ne desenam timeat. Nuncijs itaq; dictis, Regi supplicat, ut Abbatiam, quam Laureshem dictam, predijs ditissimam, sibi concedat: cuius possessionibus quod sibi deerat, militibus suis ministrare preualeat. Rex autem columbina non solum, sed vtens vrperina callidate suffarcinatus, non hoc quod pretenderet minimé aduertere potuit: vnde et huius modi nuncijs apologeticum dedit: illi quod sugerebat sentiam, verbis ipse potius explicabo, quam nuncijs. Quod quibus direxerat audiens, in mensa est affectus animi letitia, sperans se quod poposcerat, impetrasse. Vnde et more impatiens regem adiit, cum q; sententiam superbe premere postulauit. Cui rex populo circumstante, obedire, inquit, magis oportet deo, quam hominibus. Quis enim sanum sapiens ignorat, non humilitate petitionis, sed commonitionis autoritate dixisse? Scriptum est enim, Nolite sanctum dare canibus. Quod quamuis a doctoribus spiritualiter intelligendum esse predicetur, ego tamen satis me dare canibus sanctum credo, si monasteriorum predia, quod a religiosis viris deo sunt militantibus tradita, tulero, et seculo militantibus dedero. Tibi uero tam pro cauere in tuta gaudenti, sub testimonio totius populi, nec hoc, nec aliud vnquam te a me acceptum esse, testificor. Discordi tibi est, cum cateris infidelibus audare, quantocitius, tanto melius. His auditis, quia facies seculum est mentis, cordis uerecundiam vultus rubore reduxit, conciteq; regis appedes corruens, se peccasse, se grauiter deliquisse, confessus est. Perpendere itaq; qua constantia dei athleta non solum visibiles, uerum etiam inuisibiles conterat hostes. Antequam enim hostis non ei nocuisse putauit, dum toe fortissimos principes contra illum surgere persuasit, fratrem etiam, qui ei regnum auferret, intrigauit, quoniam hoc exteriora esse damna cognouit: quin et prefatum comitem ad expetendam sanctorum hereditatem inuitauit, qua tenus rex eo uelocius offensam dei incurreret, quo seruorum dei stipendia suis in iuste militibus tra deret. Verum quia neguiuit, nunc quantum rex sanctissimus obtentationis huius constantiam deo pro se pugnante creuit, in medium proferamus.

Quomodo deo pro Othone rege pugnante, Gilebertus, et Cuerhardus apud Anderna cum sint occisi. Cap. XVI.

Dauid sanctus ex persona domini dicit: Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam. Quod in rege hoc dominum audiente, atq; in viis eius ambulante, esse completum, quam promptius cum, vatio declarabit. Cuerhardus, atq; Gilebertus audito rege in Alsatia esse, quoniam neminem, qui eis resisteret, vere bantur, per magno collecto exercitu, Rhein Alveum ad Andernacum pertranseunt, regis se fideles circumquaq; demstrari procedunt. Vdo sane Hermanni ducis Suevorum frater, nec non et Conradus cognomento sapiens, quos superius regi diximus esse fideles, ipsius impugnatores erant, sed quia eorum copia illorum copias impugnare extimescant, his occurrere trepidabant. Verum subeunte deo, non voluntatis, sed impugnationis modo, hos cum multis spoliis redeuntes pone sequuntur. Cumq; paululum processissent, quendam eis flens, et clamans obuiam venit sacerdos. Qui rogatus a eis, quid iret, cur fleret? Fabricis, inquit, predonibus ego sum, qui paupertatis mee crumenam vno, quod solum possederam, iumento ablato, dilatarunt. Quod cum prefatus vdo et Conradus

audirent, ait Gilebertum, atq; Cuerhardum vidisse, examussim sunt scisitati. Quo respondente, qui
cum precucurrissent fere trans Rhenum missis, ipsi solum cum eorum electis militibus (quod nec
capiunt cibum, tanta celeritate sugere eos arripuant, ut videres, non eos currere, sed diceres transvolare
pluma? Cuerhardus gladiis occiditur, Gilebertus Rheni undis diebus integris, quas quoniam exorbere pre
titudine non potuit, anima recedente defecit. Ceterorum vero nullus aufugit, quinon aut vulnus
aut gladio truncaretur. Vides igitur quem admodum sugere reges tribulantes Dominus manum
quem in viis suis ambulantem cognovit.

De nuntio, qui Othoni eodem Gilebertj, et Cuerhardi nuncuavit, quum templum peteret: et de pretate eius. Cap. XVII.

Dum hæc agentur, Rex in Alsatia horum insciis, meri potius, quam adversarios fugere, ecce
accidit ita, ut quem admodum ei nocuerat, mane primo, quoniam ecclesia longe aberat, d
equum conscideret, eaq; semunitum orationibus iret, dum directis procul oculis, obviare sibi su
celeritate hominem vidit: quem illico nuncium esse intellexit, eo quod subsequaturem letitiæ
dam preludio hilaritatis ostenderet. Hoc igitur indicio, quia secunda eum nunciare, qui aderant,
gunt, arrectis auribus, ut eum audiant, currunt. Quibus moderata huius processio, capillo
Vestium compositio, honesta salutatio annuerat. Videt Rex populum anhelare, ea quod decendi
nuncius fieret, graviter ferre. Age, ait, ad quod missus es, fare, præpostero ordine vemprius
me, circumstantium metus adime, eorum animos gaudio exple: deinde per longa exorsa,
rum prodromia salutationibus nos demulce. Nonqualiter, sed quid dicas presens tempus expe
Malumus enim Rusticana simplicitate lætari, quam Tulliana eloquentia periclitari. Tuis au
Cuerhardum, atq; Gilebertum hominem exutos esse primo impetu nunciavit, volentem q
hoc accidisse, prosequi, Rex manu compescuit, ac mox de equo descendit, seseq; cum cæteris
gratias agens, in orationem dedit. Qua expleta, surrexit, atq; itinere quo cœperat, deo se
daturus, ad ecclesiam tendit.

Quomodo Otho Rex Bertholdo Baioariorum duci, amico suo, res lætas denunciavit, & nuptias sororis, aut filiæ eius obtulit: & de Friderici Coloniensis archiepiscopi contra regem factione. Cap. XVIII.

Hoc intempore Bertholdus Baioariorum dux, Arnolfi ducis frater, vir strenuus, regis partibus
faucbat conamine. Volens itaq; Rex, ut quem admodum tribulationis preteritæ, ita et lætitiæ
